




Lectiones Diodoreae

partim historicae partim criticae.

Emendantur passim aliorum scriptorum loci plurimi.

Conscripsit

F. R. C. Krebsius.

Hadamariae et Weilburgi.

Typis et sumptibus Librariae *L. E. Lanz.*

MDCCCXXXII.

F. R. C. Krebsius

Joa. Philippo patri optimo suavissimo

S. P. D.

Multo tardius, quam uterque nostrum sperabat, offertur tibi hoc documentum pietatis meæ. Tu quidem id iam pridem efflagitabas, neque ego, quamquam, ut scis, haudquaquam is sum, qui temere aliquid in lucem edere gestiam, iam iustis tuis, ut videbantur, adhortationibus obnitendum esse putabam, præsertim quum viderem omnino publice mihi esse periculum faciendum, si quid aut ingenio aut eruditione possem, quippe qui communem candidatorum cursum decurrere noluissem, et iam omnia elaborata et parata erant, ecce tibi redemptorem libri utriusque spem fallentem, primo moras nectentem, deinde, quum per aliquot menses rem duxisset, incipientem quidem, sed adeo non festinantem opus, ut hunc exiguum libellum vix intra quinque mensum spatium absolveret. Accipe igitur retardatum et (ita dii dederint) gratiorem fortasse ipsa mora, quam si non diu multumque desideratus esset.

Non ignoras, quæ me causæ reluctantem, quam graves, quam necessariæ impulerint, ut aliquid conscriberem; meministi te ipsum id sæpe ita a

me petisse, ut ego iam recusare non possem, non igitur, si ego A. Albini excusatione usus ero, tu M. Catonis personam geres, sed vereor, ne alii nimis sint severi futuri: apud hos tibi mea excusatio erit suscipienda, quod tu mihi auctor fuisti, ut id committerem, quod fortasse cuipiam reprehendendum videatur. Sed quum timidior sim in primo libro emittendo, ac pæne anxius quam sit placiturus dicam an displiciturus doctis hominibus, tamen in hac animi sollicitudine id me consolatur quodammodo, quod consilium meum æquis et eruditis hominibus facile me probare posse intelligo. Non enim plurimorum æqualium meorum vestigia sequi volui, qui non conscribere ipsi libros, sed congerere aliorum dicta solent, de nulla re minus solliciti, quam quid verum, quid falsum sit: neque enim scriptores Græcos aut Latinos, sed novissimos quosque nostræ ætatis, qui de rebus antiquis scripserunt, pervolutare consueverunt; ut facile sit perspicere, nullam habendam esse fidem eorum scriptis, quippe qui ipsi confiteantur nihil eorum, quæ disputent, se affirmare posse, nihil se scire, nisi idem iam ab aliis hominibus pronuntiatum esse. Ego ne in contrarium plane vitium inciderim vereor: memini enim te mihi sæpe exprobrasse, quod nullos fere nisi Græcos aut Latinos legerem, commentatores, quos dicunt, et eos, qui de antiquitate scripserunt, nimium fastidirem, quasi eorum lectione non acceleraretur, sed impediretur potius cognitio rerum antiquarum. Id si vitium est, meum esse confiteor. Nam ego Scaligeros quidem et Casaubonos et Salmasios aliosque illius

ætatis homines studiose et diligenter perlego, sed nostræ ætatis præter paucos admodum, quos etiamsi non sint comparandi illis (nam id haud scio an nulli contigerit), tamen singulari fide summaque doctrina in hoc genere eruditionis elaborasse constat, attingo neminem.

Verum enim vero quamquam meam studiorum rationem non modo non omnino laudandam sed etiam quodammodo reprehendendam esse intelligo, tamen in hac scriptione, quantum in me fuit, operam me dedisse profiteor, ut illam reprehensionem effugerem. Constitueram enim nihil in hoc libello proferre, nisi quæ nondum usquam prolata esse seirem, et si quæ proferrem, quæ jam ante ab aliis dicta essent, ita tantum de iis disputare volui, ut, quæ mihi recte dicta esse viderentur, contra aliorum virorum doctorum auctoritatem, qui ea impugnassent, novis et gravioribus argumentis allatis defenderem. Itaque excussis tabellis meis et prolatis eis, quæ iam ad aliquem finem perducta esse videbantur, ut haud inepte aliorum iudicio subiici possent, illud fastidium abieci, evolvi commentarios, contuli diversa diversorum editorum exemplaria eorumdem librorum, pervestigavi scriptorum nostræ ætatis libros de rebus antiquis, quotquot nancisci potui et tua non exigua bibliotheca et gymnasii nostri libris et aliquot virorum doctorum beneficio usus, qui me summa liberalitate libris suppeditandis et conferendis adiuverunt, ut ego numquam eorum humanitatem satis laudare, numquam parem eis pro tot tantis-

que eorum in me beneficiis gratiam referre possim. Tuque tibi persuadeas velim, gratissimum mihi te fecisse, si pro tua erga me pietate etiam tu non minus officiose eos viros observaveris, quam si in te ipsum eorum beneficia essent collata: ego ut lectores huius libri cognoscant, quos iam a summa doctrina laudatos sciant, eosdem a singulari liberalitate et humanitate laudandos esse, nominatim eis honorem habebo. Sunt enim *N. Eichhoffius*, qui quondam maxima celebritate discipulorum in hoc gymnasio litteras Græcas et Latinas docuit, quemque ego magistrum meum pie veneror; *Th. Friedemannus*, qui nunc præest huic gymnasio, cui ego quum alia multa debeo, tum in hac scriptione collationem variæ scripturæ aliquot locorum Strabonis, quum mihi copiam fecerit rarissima et pretiosissima eius scriptoris exemplaria inspiciendi, quae vix apud ullum alium nisi apud ipsum editorem Strabonis reppereris; *J. Hessius*, artium liberalium professor in gymnasio Francofurtano, qui pro vetere sua erga me benevolentia, vix me audente id ab eo postulare, aliquot locos Suidae, quum ego librum nancisci non possem, non modo contulit in meum usum, sed etiam sua manu descriptos ad me transmisit; *F. Osannus*, eloquentiae professor p. o. in academia Gissensi, cui quum ego nonnisi eis litteris innotuissem, quibus ab eo petii, ut operam suam mihi præberet ad libros aliquot e bibliotheca seminarii promendos, præstantissimus ille vir et vere egregius non modo eam mihi præstitit operam, verum etiam e sua bibliotheca, quae splendidissima est, ultro

mihi libros complures commodavit, neque id semel fecit atque iterum, sed toties, ut facile perspicerem, si ego importunus esse vellem, fore, ut prius ego fessus essem petendo, quam ille commodando; *Ph.* et *C. Sandbergeri*, ex quibus illum quidem professorem artium liberalium in hoc ludo litterario ego puer magistrum quondam dilexi, nunc diligo collegam, hunc centurionem eundemque iudicem causarum publicarum et privatarum primae nostrae legionis quum et alias officiosissimum esse cognossem, in hoc libro conscribendo summam eius expertus sum liberalitatem; *S.* denique *Schirlitzius*, qui in gymnasio Wetzlariano artes ingenuas docet, a quo ego geographos minores Gailii accepi, unde haud minima pars emendationum huic libello accessit, quae subinde legenti mihi illum librum non hercle eam ob caussam in mentem venerunt. Horum igitur virorum præstantissimorum beneficiis et tuis et gymnasii nostri copiis adiutus mea illa relegi, ut abiicerem, quæcunque ab aliis dicta cognossem. Sed tantum abfuit, ut multa mihi rescindenda essent, ut cresceret in dies libelli mei corpusculum, quum multa mihi refutanda, multa certe non negligenda, quae ante tanti non fecissem, animadverterem. Nihilominus relicta sunt fortasse nonnulla, quae etsi mea sunt, tamen non sunt nova: nam ipse talia quaedam inveni, quum iam aliquot folia typis descripta essent, ideoque extremum caput adieci. Sed cui tandem contigit, ut omnia legerit meminéritque? Præterea quamquam multi mihi ad manus erant libri,

tamen non omnes, quos quæsivi, nancisci potui, quum emere nollem. in quibus mihi præcipue nominandi sunt Diodorus Dindorfii, Dio Cassius Sturzii, Zonaras Fresnii, Athenæus Schweighæuseri, Eusebius Aucherii; Diogenis Laertii nullum exemplar habui, nisi Vindobonense illud minimi pretii: quodsi Menagianum habuissem, illique mihi præsto fuissent, non dubito, quin multa inde utilia sumere potuissem. Sed eis, quae aderant, mihi utendum erat subsidiis, quibus si non inepte et infeliciter usus esse videbor, hac laude contentus ero.

Quod autem ad res ipsas, de quibus egi, et ad formam libelli attinet, non ignoras, primo in animo fuisse, reliquias Diodori, quas Maius repperit, annotationibus meis illustratas edere; sed mox abieci illud consilium difficultatibus, quas præcipue librorum penuria commovebat, et diuturnitate laboris, quae manifesta erat, deterritus. Præterea in eiusmodi libris scribendis multos videbam occupatos, ut periculum esset, ne quis magis festinans, meam operam inutilem redderet, prius edito libello, nisi accuratissime illustratis reliquiis, correctis tamen turpissimis erroribus Maii, quod facile erat, nam ipse in lectulo legens librum plurimos deprehendi et correxi. Quare hoc potius genus scriptionis elegi, tum quod plurima iam in promptu erant, et pæne elaborata, ut tantum extrema manu egerent, tum quod in eo quamquam non paucos versari videbam, tamen paucos admodum aliquid præstare, pauciores

quoque de eisdem rebus agere, ut mihi non extimescendum esset, ne quid præriperetur. — Poteram fortasse non pauca in his ipsis disputationibus aptius disponere; sed quum ad scribendum accederem, tempus urgere videbatur; post autem confecto opere non licuit multa mutare, et aliquoties etiam consulto factum est, ut aptissimam dispositionem relinquerem, ne non quae vera essent demonstrare voluisse, sed eloquentia et arte assensum lectorum in rebus historicis quæsivisse viderer. — Atqui interdum fortasse modestius vel sane moderatius de iis dicere potui, contra quos disputavi. — Neminem ego, si bene memini, acerbiore oratione læsi, nisi forte unum hominem, cuius sane levitatem in sententia ferenda de libro quodam bilem mihi movisse fateor. Verum non ego accusandus, si, quam ille movit, ea in ipsum effusa est. Id sibi ipsi tribuat censor Dindorfiani exemplaris reliquiarum Diodori Vaticanarum in actis litterar. univers., quae Halis eduntur; cui me nullam aliam ob caussam succensuisse præter eam, quam dixi, et ipse testari poterit, et manifestum est, quum ne nomen quidem eius hominis noverim, neque ab eo prius læsus esse possim, quippe qui nihildum ediderim. Me, quum de iisdem rebus disputarem, et illa legissem, ea silentio prætermittere non potuisse, omnes concedent; ridere ea non potui, nam paullo commotior eram: neque tamen hominem lædere volui, sed tantum scriptori exprobrare, quae scripsisset: certe, si casus ita tulerit, ut in meliora eius scripta incidam, spondere possum, numquam eum

neque faciliorem neque æquiorem laudatorem esse nacturum, quam me ipsum. Quod autem omnem illam clam celato nomine iudicandi rationem vituperavi, id neminem opinor offendet, nisi forte eos, qui ipsi inde nescio quid lucri quærunt. Veritas certe non adiuvatur hac ratione, sed potius obtrectatio et omne genus fallaciarum. Palam suffragia ferantur.

Sed quid hæc ad me? tu dices — et recte mones, nam ego pæne oblitus eram me epistolam scribere. Quare iam ad te revertatur oratio mea. Diversa sunt studia nostrum utriusque. Tu grammaticam colis, præcipue Latinam: tibi linguae Latinae consuetudinisque sermonis accuratissima cognitio maximae curae est, tantumque praestas ceteris singulari scientia etiam minutissimarum rerum et verae puraeque latinitatis, quantum eum oportet, qui ætatem in hoc studio consumpserit; neque tamen hæc sola te delectat, sed etiam miro quodam ac pæne incredibili studio traheris historiæ omnium doctrinarum maximeque philologiae; cuius quanta in te sit scientia, et ostendunt iam duo volumina doctrinae librorum philologicorum, ut hoc verbo utar, et multo etiam magis ostendet idem liber, si quando iterum prodibit secundis iisque plane summis tuis curis exornatus. Mihi Græcarum litterarum studium cordi est, a quibus tu non abhorres quidem — nam ipse scripsisti grammaticam Græcam et strenuissime quondam in dictione Sophoclis et Euripidis illustranda elaborasti, neque fieri potest, ut, qui adeo omnem

antiquitatem ames, ab his abhorreas —, sed tamen non pari studio eas amplecteris; me vero eae mirifice oblectant, nec mihi gratius umquam quicquam fieri potuit, quam quod hoc munus mihi datum est in hoc ludo litterario, ut eas docerem et hac saluberrima doctrina adolescentum animos erudirem. neque tamen minus me oblectat studium rerum antiquarum cognitionis accuratissimae, cuius rei testes facio has ipsas, quas tibi nunc offero primitias studiorum meorum. — Quamquam autem dissimilia sunt nostra studia, et is, qui alios homines nulla necessitudine inter se coniunctos ad summam familiaritatem adducere potest, eorumdem studiorum amor, nisi abest plane a nostra coniunctione, tamen non tantus est, quantus esse possit, memineris tu tamen opinor, me semper operam dedisse, ut tibi placerent, quae ego fecissem aut laborassem; quare etiam nunc, etiamsi video alienissimum esse ingenium tuum ab hac subtili ac pæne anxia scrutatione temporum et rerum antiquarum, tamen, quum tu et amicus sis historiæ antiquæ, neque ignores, quantae ei, qui in illam inquirat, offundantur difficultates, et prudenti studio litterarum ductus nullam rem tam pusillam esse credas, quam non permagni intersit illustrari etiam summo labore et accurata cognitione comprehendi, et ipse non minus subtili tractatione rerum grammaticarum et historiae litterarum studiorum edoctus etiam huius artis intelligentissimus sis æstimator, persuadeas tibi velim, me multum temporis, multum laboris non

inutiliter consumpsisse arbitraturum in hac scriptione, si tibi placuerit.

Tu autem perge, ut iam dudum facis, erudire animos adolescentum summa tua doctrina, docere homines litterarum amantes scriptis doctissimis, diligere tuos eo amore, quo nihil eis umquam fieri poterit gratius, nihil maiore desiderio exoptatum. Vale. Mens. Decembr. 1831.



Capitum inscriptiones.



Cap. I.

De lacuna, quae est in libro XVIII bibliothecae Diodori Siculi.

Insignis quaedam lacuna est apud Diodorum Siculum in libro XVIII bibliothecae, quam nomina consulum Romanorum et archontum Atheniensium collata cum fastis Romanis et Atheniensibus, vel cum numero annorum, quos hoc libro se esse scripturum Diodorus in exordio promittit, cuique indicabunt. Hanc Wesselingius in annotatione ad principium cap. 44. lib. XVIII his verbis quodammodo voluit illustrare: „Lacunae ubi sit dandus „locus, nondum constitutum est. Non poterit „quidem esse sub finem superioris capitis: cohae„rent artissime res Eumenis, neque ultra anni „spatium prorogata obsidio fuit, quam Noris for„tissime toleravit, ut ex Nepote in Eumene c. 5, „et Nostro c. 53 abunde liquet. Malim arbitrari „ante c. 39 plura deesse. Certe eodem anno „omnia, quae sub Philoclis magistratu dicuntur „administrata, gesta fuisse, nemo temere opina„bitur. Deficiunt autem plurima, atque in primis „res Siculae, quas hoc se libro diligenter tractasse „profitetur Diodorus L. XIX, 3. Praeterea moli„tiones Antipatri in Eumenem expeditioque Attali „in Rhodios, aliaque, de quibus obiter Arrianus „in Photii Biblioth. p. 225. Dolenda proinde illa

„iactura, cui opem codices, quos quidem nove-„rim, praefracte negant.“ Quibus Wesselingii verbis addas, quae Rhodomannus et idem Wesselingius de loco illo libri XVIII. cap. 5 dixerunt. Quorum ille quidem „Rerum Sicularum,“ inquit, „libro superiore proximo ne minima quidem fit „mentio. Ideo parenthesis haec alicui tota remo-„venda videatur. Atqui haec ipsa non minimam „nobis suspicionem movet, vel alium antecessisse „hunc librum, quo res Siculorum fuerit comple-„xus; vel easdem commode alicubi fuisse intertex-„tas, maxime cum bis exiguo intervallo eadem „ἀνάμνησις repetatur. Et haec forte causa est, „quod biennii etiam magistratus desiderantur.“ Wesselingius autem respondit: „Tractaverat res „Siculas superiore libro, et ea quidem parte, „quam omnibus in libris defectam ostendimus lib. „XVIII. 44.“

Praeter hos Palmerius quaedam scripsit in annotatione ad cap. 57, quae quum Wesselingius iam refutarit, ego hic non repetam; sed Jer. Nic. Eiringii sententiam, quod paullum ab illis discrepat praeterire non posse mihi videor, ea posita est in annotatione ad dissertationem de œconomia historica Diodori, quam Ol. CXIV, 4. et CXV, 1. adscripsit hisce verbis: „De lacuna, quae mani-„festa est, inspicienda sunt, quae L. Rhodoman-„nus et Wesselingius ad h. l. (cap. 44. lib. XVIII.) „et ad finem cap. 57 admonuerunt. In ambiguo „esse videtur, in quam maxime libri ac temporis „partem lacuna incidat. Cum proxime anteceden-„tia cum sequentibus apte cohaereant, hic quidem

„Wesselingius nihil deesse, sed lacunae locum „ante cap. 39 assignandum putat. Inter alia rerum „Sicularum narrationem ea parte libri, quae excidit, fuisse comprehensam, coniicit ex lib. XIX, „cap. 3 med., ubi historicus expressis verbis commemorat res Siculas proximo libro singulatim „fuisse traditas. Nobis quidem parum probabilis „videtur haec opinio, quoniam inde ab Alexandro „M. ac deinceps, libro itaque XVII et XVIII terrarum regnorumque eorum, quae Alexander M. „eiusque successores bello intacta reliquerant, „omnis historia adeoque memoria consulto omissa „est. Neque diffitemur formulas istas, quibus „lectores ad librum XVIII remittantur, nobis suspectas esse." — Haec sunt, quae de lacuna illa dicta comperi. Ex quibus Wesselingii illa maxime approbavi, quibus alteram Rhodomanni sententiae partem reiecit. Neque enim fieri potest, ut aliquando inter librum XVIII et XIX alius quidam intercesserit medius liber, quo res Siculae aliaque id genus tradita fuerint, quia Diodorus in procemio lib. XVIII ipse dixit, se eundem finem huic libro et ei anno, qui Agathoclis tyrannidem antecederet, esse facturum, et quod idem ipse testatur, post librum XVII se 23 libros non 24, et ante eum librum, qui nunc inscribitur XIX, non 19 sed 18 libros, qui res toto orbe gestas usque ad Agathoclis tyrannidem comprehenderent, scrisisse. —

Quam vero Eyringius de rebus Siculis movit suspicionem, ea sane potius aliquam veri speciem habere videtur, praesertim quum in rebus Romanis

illud Diodorum fecisse negare non posse videamur. Nam haec sunt eius verba ex cap. 10 lib. XIX desumpta: Κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαῖοι μὲν ἔνατον ἔτος ἤδη διεπολέμουν πρὸς Σαμνίτας· καὶ κατὰ μὲν τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους μεγάλαις δυνάμεσιν ἦσαν διηγωνισμένοι· τότε δὲ εἰς τὰς πολεμίας εἰσβολὰς ποιούμενοι χώρας μέγα μὲν οὐδὲν οὐδὲ μνήμης ἄξιον διεπράξαντο κ. τ. λ.; quibus verbis quid aliud significat, quam se novem illorum annorum res gestas multo illas quidem digniores memoria, quam eas, quas iam traditurus sit, suis locis praetermissas nunc alieno referre, ne plane non sint commemoratae? Verumtamen ipse Eyringius, ubi de argumento libri XVII disseruit in hunc modum locutus est (ad Ol. CXI, 2.): „Id vero singulare deprehendimus in hoc libro, quod scriptor contra ea, „quae in procemio erant promissa, quaeque totius „operis ratio requirebat, in sola Alexandri M. „historia substitit, eiusdem autem aetatis aliorum „regnorum, principum et rerumpublicarum, etiam „ad memoriam insignium, si neque bellorum socii, „neque hostes Alexandri fuerint, omnem mentionem exclusit. Absunt itaque αἱ συνεχεῖς πράξεις, „absunt τὰ ἅμα τούτοις συντελεσθέντα, quamvis „procemio commemorata et annuntiata.“ Quibus verbis declarat, se haesitare, quid de illa omissione pronuntiet, seque ea offensum esse, quum Diodorus in principio libri disertis verbis indicaverit, se nihil praetermissurum. Unde igitur nunc Eyringius cognovit, consulto illa praetermissa esse? Quis hoc credat? Ut unum tantum exemplum afferam, in eis, quae omissa sunt, est historia de

Alexandro Molosso Olympiadis fratre, Cleopatrae marito, „quem“ Justinus „in Italiam“ ait „a „Tarentinis, auxilia adversus Bruttios deprecan„tibus, sollicitatum, ita cupide profectum, veluti „in divisione orbis terrarum Alexandro, Olympia„dis sororis suae filio, Oriens, sibi Occidens sorte „contigisset.“ Quis est quaeso, cui huius rerum gestarum memoriam consulto Diodorus omisisse videatur? Fieri potest, ut propter molem rerum gestarum Alexandri magni et Macedonum, eorum, quae ab aliis gesta essent, narrationem distulerit, fieri potest, ut deinde oblitus sit ea commemorare; consulto ea omittere non potuit. Deinde si quis dicat, ut hoc loco errasse dicamus Diodorum, ita fortasse eum etiam libro XIX, cap. 3 et 10 errasse dicendum esse, is dissimilia coniungit; neque enim eiusdem generis sunt illi errores, sed valde inter se differunt oblivisci te aliquid pollicitum esse, ideoque non stare promisso, et citare ut narratum, quod non narraveris. Denique quum verba ipsa cap. 3 et 10 lib. XIX nihil habeant suspecti, eisdem enim alias ad priora historiae suae capita citanda utitur Diodorus, si reapse consulto ea, quae non erant Macedonica, in libro XVII praetermisit, quod nego, quid tandem impedit, quominus Diodoro id, quod in libro XVII et in rebus Romanis libri XVIII fecit, in rebus Siculis libri XVIII non facere licuerit? Quare haud scio an nimis longe petita sit illa suspicio, nec omnino necessaria. —

Ceterum quamquam rerum Sicularum narrationem excidisse non arbitratur Eyringius, tamen

lacunam esse in libro XVIII non negat. Huius locum esse Wesselingius statuit ante cap. 39, sed caute, ut solebat, nihil dixit nisi: „malim arbitrari „ante cap. 39 plura decsse.“ neque minus ambigua sunt, quae addit: „Deficiunt autem plurima etc.“ Quae si quis legerit, num ea, quae deficiunt, unius anni res gestae sint, an aliud quid de hac re statuendum, haud facile diiudicare posse videtur. Quare quid ipse de hac re sentiam, magis ut aliis eam denuo ac diligentius, quam adhuc factum est, perquirendam subiiciam, quam ut meam sententiam eis probem, hoc loco exponere lubet.

Semper haesi in principio cap. 14; neque enim transitio solum repetita in verbis *Κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν*, quum iam, quae in Asia hoc anno gesta sunt, narrasset, et verbis *καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν· κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην κ. τ. λ.* cap. 7 et 8 ad ea, quae in Europa facta sunt transisset, me offendit, sed quod scriptum est *κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν*, quasi nunc ampliorem quandam et accuratiorem descriptionem rerum in Asia gestarum lecturi simus, quum tamen Ptolemæus *ἀκινδύνως παραλαβὼν τὴν Αἴγυπτον* et Lysimachus *ἐπιβαλὼν τοῖς κατὰ τὴν Θρᾴκην τόποις κ. τ. λ.* sequantur et horum rebus gestis breviter descriptis Leonnatum in Europam traiicientem videamus et ibidem etiam Diodorum quam maxime morantem. Quid igitur sibi vult illa transitio? huius loci eam non esse apparet. Ut enim recte se habeant illa *καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐν τούτοις ἦν*, quae sequuntur, *κατὰ δὲ τὴν Ἀσίαν* ferri non possunt. Dicam quod sentio: hoc loco novi

anni initium faciendum esse puto, et illa, quae in omnibus libris initio cap. 26 inveniuntur, Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φιλοκλέους ἐν Ῥώμῃ κατεστάθησαν ὕπατοι Γάϊος Σουλπίκιος καὶ Γάϊος Αἴλιος huc transferenda. Neque haec vis est. etenim omnia ea, quae in duodecim illis capitibus post tertium decimum narrantur, ipso illo anno 322 a. Ch. n., in quem Olymp. 114. 3 cadit, sunt gesta; atque hoc tum ex aliis scriptoribus cognitum est, tum ipse Diodorus, se in eadem sententia fuisse, demonstrabit. Nam quod ea, quae Graeci hoc anno gesserint, in libris vulgatis non uno omnia tenore narrata, sed alia eis quadripartito distributis interposita sunt, id quidem cuique suspectum esse oportet, quum alias Diodorus ita res non soleat disponere, nisi vel addita accuratiore anni temporis definitione, vel rerum ipsarum coniunctione id iubente. Athenienses autem praesidium Macedonicum Philocle archonte accepisse narrat Dionysius Halicarnassensis (ind. de Dinarch. cap. 9), quod factum esse περὶ αὐτὴν τὴν εἰκάδα τοῦ Βοηδρομιῶνος, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσι, prœlio ad Cranonem ἑβδόμῃ Μεταγειτνιῶνος commisso, Plutarchus memoriae prodidit (vit. Camill. cap. 19. Demosth. et Phoc. cap. 28.), qui et ipse cum scriptore vitarum decem oratorum, quae vulgo in Plutarcheis feruntur, nos docet, Demosthenem et Hyperidem oratores mense Pyanepsione interfectos esse, hunc die nono, illum sextodecimo (vit. X orat. 9. vit. Demosth. cap. 30); quare de tertio anno Olymp. 114 dubitare non possumus. Nam si quis forte dixerit, Diodorum sub nomine,

anni civilis Atheniensis postremos tres superioris anni menses cum novem primis ipsius eius anni, cuius nomen ponat, comprehendere solere, ita ut fere Thucydidea sit computatio, et hinc aliquoties factum esse, ut apud hunc, sicut apud alios scriptores, qui eandem rationem sequuntur, tempora confusa sint, huic suspicioni in hac re locum esse nego.

Anni continui Atheniensium a scriptoribus ita fere inter se confunduntur, ut quae res hieme extrema vel vere gesta est, ea sequenti anno civili tribuatur; contrariam confusionem perraro factam esse videmus, neque ea est negligenter scribentis, ut illa plerumque, sed errantis, qualem Diodorum in hoc loco fuisse concedere non possumus. Etenim Pythodoro archonte, quem Arrianus et Dionysius Halicarnassensis Pythodemum vocant, Philippo mortuo Alexander regnum accepit; mortuus est quum duodecim annos et septem menses regnasset Olymp. 114. 1, cuius rei testis est ipse Diodorus (lib. XVI. extr. et XVII. cap. 117.), et, ne quis hunc errasse putet, Arrianus, qui (lib. VII. cap. 28) plane idem tradit, nisi quod octo menses pro septem mensibus scripsit. Ergo, si mense Hecatombaeone Alexander regnum iniit, Anthesterione vel Elaphebolione mortuus est, si tertio vel quarto mense anni Attici rex factus est, in exitu ipso anni primi Ol. 114 decessit. Qualemcunque Diodorus sequitur rationem, errare non possumus, si verno tempori illius anni supremum Alexandri diem eum tribuere iudicamus. Veris menses sunt Elaphebolion, Munychion, Tharge-

lion, Scirrhophorion, qui proximi sequuntur, sunt Hecatombæon et Metagitnion anni secundi Olymp. 114. Sexto igitur mense post Alexandri mortem pugnam illam fatalem Atheniensibus commissam esse credamus?

At quanta moles est rerum his quinque mensibus gestarum! Athenienses non nisi certo nuntio de Alexandri morte accepto rebellasse Diodorus scribit (lib. XVIII, cap. 9); tum primum oratores circummissi, qui ceteras gentes Græciae ad societatem belli concitarent; tum Bœoti profligati, tum Thermopylae occupatae, quibus rebus auditis Antipater in Thessaliam cum exercitu proficiscitur; primo Thessali cum Antipatro coniuncti, deinde ad Athenienses defecerunt. Tum Antipater prœlio victus Lamiam confugit, quem ibi Leosthenes obsidione cingit, frustra mœnibus oppugnatis. Deinde Aetoli domum redeunt διά τινας ἐθνικὰς χρείας, quorum discessu elatus Antipater eruptionem fecit, in qua Leosthenes cecidit gravi vulnere accepto, tertio post die mortuus est. Huic successor Antiphilus missus. Tum Leonnatus obsessis auxilio venit, quem Græci obsidione soluta atque omnibus copiis in eum conversis male accipiunt. Ipse cecidit; exercitum, qui duce amisso metu equitatus Thessali in invia montium se receperat, Antipater postridie, Lamia relicta, suis copiis adiunctum in Macedoniam abduxit. Id enim Justinus dicit, quamquam non infitior, eum in huius belli narratione res confudisse videri, quare haud temere ei crediderim Antipatrum in Macedoniam recessisse, nisi id ipsum eum, ante quam Lamiam confugeret,

cupiisse quidem, sed non potuisse exsequi, Diodorum narrare animadverterem (cap. 12). Tum Antiphilus in Thessalia moratur exspectans, quid hostes facturi essent. Deinde Craterus ex Cilicia advenit cum exercitu. Denique omnibus copiis coniunctis pugna ad Cranonem commissa est. —

Haec quinque mensibus facta esse Diodorus profecto nec credere potuit nec narrare. Neque fecit. nam, quod supra dixi me probaturum, ipse indicat belli Lamiaci exitum non secundo sed tertio anno Olymp. 114 adscribendum esse, haec scribens (cap. 18 extr.): ὁ δὲ Περδίκκας, ἀποκαταστήσας τοῖς Σαμίοις τήν τε πόλιν καὶ χώραν, κατήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὴν πατρίδα πεφευγότας ἔτη τρισὶ πλείω τῶν τεσσαράκοντα, ubi pro τεσσαράκοντα, quod ferri non potest, τριάκοντα ponendum esse, doctissimus Wesselingius iam demonstravit e Dionysio Halicarnassensi; sed quod addit fingendos nobis esse Samios anno post restitutionem, i. e. anno sequenti, Philocle archonte rediisse, id quidem, ut ille dixit et cogitavit, ego non concesserim. Quid est enim, quod Diodorum sub anno præcedenti referre dicamus, quae anno sequenti facta sint? Non fingendi nobis sunt Samii rediisse hoc anno, sed vere et restituti sunt et redierunt Philocle archonte, quo anno magnam partem illius belli et præterea omnia, quae cap. 14 — 25 tradita sunt, gesta esse dixi. Alterum argumentum est in verbis lib. XX. cap. 46, quae sunt: ὁ μὲν οὖν δῆμος ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ καταλυθεὶς ὑπ' Ἀντιπάτρου μετ' ἔτη πεντεκαίδεκα παραδόξως ἐκομίσατο τὴν πάτριον πολιτείαν. haec scripsit Diodorus sub

Anaxicrate archonte i. e. Olymp. 118. 2. at quis annus efficitur, si hinc 15 annos detrahimus? non is ipse, quem his rebus gestis restituendum esse dico, tertius Olymp. 114, quo Philocles archon fuit?

Quibus argumentis quamquam sententia nostra iam satis firmata esse videri possit, tamen quo firmior etiam stabiliorque fiat, reliqua eius anni videamus. Sequitur cap. 19 bellum Cyrenaicum, cuius primum quidem tempus ante Olymp. 114. 3 cadere potest, quae autem de auxiliis a Ptolemæo cum Ophella missis narrantur, ea nonnisi altero post Alexandri mortem anno facta esse videntur. Nam primo anno, qui est secundus Olymp. 114, Ptolemæum vix ante hiemem in Aegyptum venisse puto; tum mercenarios ad tuendam a Perdicca provinciam coegit: multi ad eum convenerunt propter eius comitatem. Hoc tempore, quum etiamtum copias colligeret, nec provinciam ipsam satis firmatam haberet, Ophellam ab eo cum exercitu ad extraneum bellum missum esse, haud credibile est. Ad certi autem temporis definitionem illud nos ducere posse videtur, quod Thimbro mercenarios conduxit, qui in Tænaro promontorio consederant conductores exspectantes. his enim in hac re Diodorus utitur verbis (cap. 21): ἔτι γὰρ ἀμισθώτων γενομένων πολλοὶ διεπλανῶντο ζητοῦντες τοὺς μισθοδοτήσοντας, καὶ τότε περὶ Ταίναρον ὑπῆρχον πλείους τῶν δισχιλίων καὶ πεντακοσίων, quae si cum eis comparamus, quae dixerat cap. 9, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀμίσθους γενομένους ὑπὸ τῶν Σατραπῶν μισθοφόρους, ὄντας μὲν ὀκτα-

μισχιλίους, διατρίβοντας δὲ περὶ Ταίναρον τῆς Πελοποννήσου, (οὓς οἱ Ἀθηναῖοι) προσέταξαν ἐν ἀπορρήτοις Λεωσθένει τῷ Ἀθηναίῳ τὸ μὲν πρῶτον ἀναλαβεῖν αὐτοὺς ὡς ἰδιοπραγοῦντα χωρὶς τῆς τοῦ δήμου γνώμης — et ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐπράττετο μήπω καλῶς ἐγνωσμένης τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς· ἐπεὶ δέ τινες ἐκ Βαβυλῶνος ἧκον αὐτόπται γεγονότες τῆς τοῦ βασιλέως μεταλλαγῆς, τότε φανερῶς ὁ δῆμος ἀπεκαλύψατο πρὸς τὸν πόλεμον, καὶ τῶν μὲν Ἁρπάλου χρημάτων μέρος ἐξέπεμψε τῷ Λεωσθένει καὶ πανοπλίας οὐκ ὀλίγας, καὶ παρήγγειλε μηκέτι παρακρύπτειν, ἀλλὰ φανερῶς πράττειν τι τῶν συμφερόντων, inde intelligimus, duo illa millia mercenariorum et quingentos post Leosthenis apparatus belli Tænarum venisse; nam et perspicuum est e verbis Diodori Leosthenem omnes mercenarios, qui tum ad Tænarum promontorium convenerant, conduxisse, neque nimis credibile videtur, si iam tum in Tænaro fuissent, cum qui belli causa octo millia conduxit, reliqua duo millia et quingentos, quum eos conducere posset, neglexisse, et quae Diodorus posuit verba (cap. 21.) ἔτι γάρ, ea plane posterius tempus significant, quod etiam numero minore indicatur. Præterea Leosthenem primas mercenariorum ἀμισθώτων γενομένων copias, quae Tænarum convenerant, conduxisse demonstrant Diodori verba lib. XVII. cap. 110, et si quis Thimbronis res gestas reputabit, quae inter Harpali mortem sive extremum tempus Olymp. 113. 4. et hos mercenarios conductos intercedunt, is facile intelliget, fieri non posse, ut hi mercenarii eodem tempore a Thimbrone con-

ducti sint, quo bellum Lamiacum erupit, sed eam rem aliquanto posteriori tempori tribuendam esse; quare non valde a vero aberraturi nobis videmur, si duo illa millia et quingentos milites non ante hiemis Olymp. 114. 2 initium ad Thimbronem perductos esse statuemus. Tum Cyrenæi a finitimis gentibus Libyae et a Carthaginiensibus auxilia petiverunt; quae quum convenissent (Carthaginiensibus ad hoc iter perficiendum, nisi navigatione usi sunt, vix duos menses suffecisse docet lib. XX. cap. 42) copias illi in aciem eduxerunt, prœlioque victi a Thimbrone in mœnia sunt compulsi, et quum diuturna obsidione premerentur, fames oborta discordiam seditionesque peperit. Vulgus ditiores ejecit, quorum alii ad Thimbronem alii in Aegyptum confugerunt. Horum precibus consilioque Ptolemæus permotus Ophellam cum exercitu Cyrenas misit. Qui quum in Cyrenaicam venisset, Cyrenæi cum Thimbrone pacem societatemque contra Ophellam fecerunt; sed conjunctas eorum copias Ophellas vicit, urbesque in Ptolemæi ditionem redegit.

Hæc vix possunt anni spatio facta esse, ut, nisi Diodori auctoritas obstaret, potius Olymp. 114. 4 quam 114. 3 finem bello impositum esse crediderim: certe magna huius anni parte opus fuit ad eas res gerendas. His autem constitutis ei quoque expeditioni, quam Perdiccas Philippusque rex in Pisidiam Isauriamque fecerunt, quæque a Diodoro proxime post res Cyrenaicas posita est, certum quoddam tempus tribui potest. Nam quum ex Cappadocia in Pisidiam castra movere haud magnum

primum corpus curatum, tum de funere ornando actum, denique ipsi apparatus instituti. σχεδὸν δύο ἔτη ait Diodorus; fac igitur viginti tres aut duos menses in hac re esse consumptos, ergo extrema hieme vel ineunte vere Olymp. 114. 3, i. e. anni 321 a. Ch. n. opus illud confectum est; vere funus in Aegyptum deductum; ver autem Olymp. 114. 3 Diodorus ex more suo Olympiadis 114 anno quarto annumerat; neque quin id hoc loco fecerit, dubitari potest, quum ab hac re huius anni initium fecisse eum videamus. — Alexandri funus sequuntur bella in Aegypto et in Asia minore. Eumenes, quum Antipater Craterusque copias suas in Asiam traiecissent, Neoptolemum, qui ad illos deficiebat, sibique insidiabatur, ut manum consereret, coactum castris ipsoque exercitu exuit in Cappadocia; [1]) decem diebus post eundem adiuncto Cratero iterum in Cappadocia secum arma conferentem magna acie vicit, in qua ipse Neoptolemum sua manu interficit, Craterum equites mercenarii obtruncarunt.

Descriptis Eumenis rebus gestis Diodorus Perdiccae expeditionem Aegyptiacam narrat. Perdiccas interficitur altero die, ante quam nuntius de Cratero Neoptolemoque victis atque occisis allatus est, ἄρξας ἔτη τρία. ita Diodorus cap. 36. Sed quomodo tres annos regni curam habere potuit, si Philocle archonte, si anno 322 a. Ch. n. mortuus est? Illam curam susceperat vere aut medio aut extremo anni 323; ergo vere anni 320 a. Ch. n.

1) vide caput alterum.

cum decessisse putaremus, nisi satius esset, negligentius a Diodoro dictum iudicare ἄρξας ἔτη τρία pro ἀρχῆς ἔτει τρίτῳ. Mortuus est igitur auctumno anni 321 a. Ch. n. sive Olymp. 114. 4. In eius locum suffecti sunt Pytho et Arrhidaeus. Qui quum ex Aegypto in Syriam venissent, iniquitatis et machinationum Eurydicae reginae pertaesi, hac cura se abdicarunt, quo facto in unum Antipatrum statim curatio delata est. Hic provincias denuo divisit. Antigonus dux copiarum regiarum factus est, eique mandatum, ut bellum cum Eumene et Alceta gereret. Ipse Antipater his peractis cum regia familia in Macedoniam proficiscitur. Haec auctumno Olymp. 114. 4 gesta esse videntur: nam quum Antipater in Macedoniam recedens Sardes venisset, Eumenes prœlio cum eo decernere cupiebat, sed a Cleopatra exoratus in superiorem Phrygiam cum exercitu concessit, et Celænis hibernavit (cf. Arrian. ap. Phot. p. 225 R. sive 128 H. et Plut. Eumen. cap. 8.); unde concludas Antipatrum principio hiemis Sardes venisse. Primo vere Antigonus bellum contra Eumenem movit, teste ipso Diodoro, qui cap. 40 dicit: Ἀντίγονος δ' ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἀποδεδειγμένος στρατηγὸς διαπολεμῆσαι πρὸς Εὐμένη, ἤθροισεν ἐκ τῆς χειμασίας τὰς δυνάμεις. quamobrem nisi cum Wesselingio ante cap. 39 quædam excidisse putabimus, ante cap. 40 certe lacuna statuenda est; idque satius esse puto, quia magis scriptoris mori convenit; neque enim ille ab hieme anni initium facere solet. Itaque hanc fere anni notationem ante cap. 40 excidisse arbitror: Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νεαίχμου,

Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Σπούριον Ποστούμιον τὸ δεύτερον καὶ Τίτον Οὐετούριον τὸ δεύτερον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη πέμπτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δαμασίας Ἀμφιπολίτης. Quanto ad quæque perficienda opus fuerit temporis spatio, nos diiudicare iam non possumus; sed aliquid etiam temporis itineribus illis dandum est, quibus Eumenes Antigonum ante pugnam ad Orcynios Cappadociae elusit, quorum Cornelius Nepos his verbis meminit: „Hunc per„sequens Antigonus, cum omni genere copiarum „abundaret, saepe in itineribus vexabatur, neque „umquam ad manum accedere licebat, nisi his „locis, quibus pauci possent multis resistere." Neque aliter faciendum in distribuendo tempore post illam pugnam, quum fere easdem artes a victo aliquamdiu in Antigonum adhibitas esse Plutarchus memoriae prodiderit (Eumen. cap. 9). Noris denique eum non paucos dies non mensem unum vel duos, sed per anni spatium obsessum fuisse, ipse Diodorus demonstrat, hisce verbis cap. 53 de Eumene loquens: ἐνιαυσίου δ' οὔσης τῆς πολιορκίας καὶ τῆς σωτηρίας ἀπογινωσκομένης, ἄφνω παράδοξος λύσις ἐφάνη τῶν ἀτυχημάτων· ὁ γὰρ πολιορκῶν τὸν Εὐμένη καὶ σπεύδων ἀνελεῖν Ἀντίγονος ἐκ μεταβολῆς παρεκάλεσεν αὐτὸν πρὸς κοινοπραγίαν· καὶ λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις, τῆς πολιορκίας ἀπελύθη. Quae quum sub anno secundo Olymp. 115. dicat, necesse est Eumenem Olymp. 115. 1. Noris obsidione ab Antigono cinctum esse; atque hoc, si quidem Diodori ἐνιαυσίῳ πολιορκίᾳ fidem tribuere possumus, factum est

circiter mense Iulio vel Augusto anni 320 a. Ch. n. sive Olymp. 115. 1. namque Antigonus quum vere anni 319 a. Ch. n. in Pisidas movisset, ibique rem prospere contra Alcetam et Attalum et reliquos Perdiccae partium duces gessisset, atque iam in Phrygiam maiorem exercitum duceret, Cretopoli nuntium de Antipatri morte accepit, qua de re quum secum deliberasset, quid sibi potissimum faciendum esset, Eumenem ex hoste amicum facere instituit, quod maximo sibi usui fore coniunctionem cum prudentissimo et constantissimo imperatore intelligebat. Quamobrem Hieronymum Cardianum Eumenis familiarem arcessivit, eumque magnis praemiis adduxit, ut Eumeni persuaderet, secum ut in gratiam rediret, familiaritatemque et societatem coniungeret. Eumenes iureiurando fidem et regiae familiae et Antigono pollicitus a Macedonibus Antigoni militibus, quibus obsidio Nororum mandata erat, obsidione liberatus est (cf. Diod. lib. XVIII. cap. 44 ff. Plut. Eumen. cap 12.). quas res priore anni parte gestas si cum rebus posteriore anni parte gestis (Diod. lib. XVIII. capp. 51 et 52 et 54 — 57) comparaverimus, Iulio fere vel Augusto mensi Eumenis liberationem tribuendam esse inveniemus. — Vix denique operae pretium esse videtur adiicere, ne illam quidem, quam cap. 43 Diodorus narrat, Nicanoris incursionem in Phoenicen ac Coelesyriam tam levem atque exiguam fuisse, ut postrema anni superioris parte (Olymp. 114. 4) confecta esse possit. — Haec fere habui, quae de distribuenda Diodori oratione dicerem.

Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Σπούριον Ποστούμιον τὸ δεύτερον καὶ Τίτον Οὐετούριον τὸ δεύτερον, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη πέμπτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δαμασίας Ἀμφιπολίτης. Quanto ad quæque perficienda opus fuerit temporis spatio, nos diiudicare iam non possumus; sed aliquid etiam temporis itineribus illis dandum est, quibus Eumenes Antigonum ante pugnam ad Orcynios Cappadociae elusit, quorum Cornelius Nepos his verbis meminit: „Hunc per„sequens Antigonus, cum omni genere copiarum „abundaret, saepe in itineribus vexabatur, neque „umquam ad manum accedere licebat, nisi his „locis, quibus pauci possent multis resistere.“ Neque aliter faciendum in distribuendo tempore post illam pugnam, quum fere easdem artes a victo aliquamdiu in Antigonum adhibitas esse Plutarchus memoriae prodiderit (Eumen. cap. 9). Noris denique eum non paucos dies non mensem unum vel duos, sed per anni spatium obsessum fuisse, ipse Diodorus demonstrat, hisce verbis cap. 53 de Eumene loquens: ἐνιαυσίου δ' οὔσης τῆς πολιορκίας καὶ τῆς σωτηρίας ἀπογινωσκομένης, ἄφνω παράδοξος λύσις ἐφάνη τῶν ἀτυχημάτων· ὁ γὰρ πολιορκῶν τὸν Εὐμένη καὶ σπεύδων ἀνελεῖν Ἀντίγονος ἐκ μεταβολῆς παρεκάλεσεν αὐτὸν πρὸς κοινοπραγίαν· καὶ λαβὼν διὰ τῶν ὅρκων τὰς πίστεις, τῆς πολιορκίας ἀπελύθη. Quae quum sub anno secundo Olymp. 115. dicat, necesse est Eumenem Olymp. 115. 1. Noris obsidione ab Antigono cinctum esse; atque hoc, si quidem Diodori ἐνιαυσίῳ πολιορκίᾳ fidem tribuere possumus, factum est

disse, et nisi suo quidque loco, magis tamen, ut loqui solet, ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις. Hos autem, quum illarum rerum historia ab nullo alio scriptore accuratius tradatur, minimo periculo ita nobis definire posse videmur, ut iisdem in locis, ubi temporum notationes desideramus, rerum Sicularum descriptionem excidisse statuamus. Sed ne hanc descriptionem quidem ultra fines accuratae cuiusdam notitiae Heraclidis Sostratique rerum gestarum progressam esse puto, nam neque ea, quae Agathocles gessit, priusquam tyrannus factus est, ante librum XIX Diodorus commemorasse videtur, nec civium Crotoniatarum, qui ab Heraclidis Sostratique partibus steterant, eiectionem. Illud quidem cuique perspicuum esse puto ex omni illa Agathoclis rerum gestarum narratione; hoc autem demonstrant verba lib. XIX. cap. 10, δεύτερον ἔτος ἤδη πολεμοῦντες, quae simillima sunt illorum ex principio eiusdem capitis, Ῥωμαῖοι μὲν ἔνατον ἔτος ἤδη διεπολέμουν πρὸς Σαμνίτας; utrumque scilicet positum est, ne lectores, qui nunc primum de bello quodam scriptum esse vident, hunc etiam primum belli annum esse arbitrentur. — Præter res Siculas Wesselingius, ut supra diximus, molitiones Antipatri in Eumenem, expeditionem Attali in Rhodios, alia, de quibus obiter Arrianus apud Photium (bibl. p. 225 R.), deficere opinatur. Molitiones Antipatri in Eumenem quas dicat, nescio. Attali expeditionem in Rhodios et reliqua illa ex Arriani narratione, quomodo inter cap. 38 et 39 collocare potuerit, non intelligo; ei quidem loco, quem ego indicavi (inter cap. 39 et 40), quum

maxime conveniunt, neque tamen temere quid inserendum esse puto, quum nesciamus, quae Diodorus narranda, quaeque omittenda esse iudicarit.

Cap. II.

De loco prioris pugnae, qua Neoptolemus ab Eumene victus est.

Scripsi in superiore capite illud quoque proelium, quo Neoptolemum solum Eumenes vicit, in Cappadocia esse commissum, de quo quum alios dissentire posse intelligam, hoc capite rationes meas explicare et argumentando sententiam meam lectoribus probare conabor. Constitui enim, si quam pronuntiavero sententiam, cuius argumenta non possunt paucis explicata reliquae orationi inseri, nec in ima pagina adscribi, quod accuratiorem exigunt explicationem, separatim proximo capite de ea sententia disputare, ne angustiores annotationis fines impedimento sint, quominus ea, qua interdum opus est, copia omnia argumenta explicentur. Est hoc genus explicandi atque argumentandi simile eis annotationibus, quae in fine scripti alicuius adduntur, multo illis quidem tolerabilioribus, ut ego arbitror, quam quibus saepe non obumbrata scripti ipsius verba, sed obscurata et prorsus obducta videmus, nec tamen alienis ab usitato annotationum genere dicendi, quod nimis angustis undique finibus circumscriptum est quam

ut ego nunc id sequi malim. Liberior vagatur oratio in singulari disputatione, quae quamquam pertinere potest ad alius disputationis partem aliquam, tamen non eis legibus et tamquam vinculis adstricta est, ut non possit sola lectori offerri et ab eo intelligi et cum quadam etiam delectatione pervolutari. Hoc autem maxime expetendum est ei, qui controversias historicas explicandas sibi proposuit, qua re nihil est tenuius nec siccius, nec ieiunius. Quare ut, quantum in me esset, ista crimina evitarem, eam formam explicationis elegi, qua, si quid historicum paullo uberius dici potest, me id facillime asseenturum intelligo. Si tamen lectores docti et intelligentes in me ubertatem atque elegantiam periti oratoris desiderabunt, ignoscant annis meis, qui vix concedunt, ut res perspectas habeam, nedum ut diu studuerim orationi. —

Controversia igitur ea, quam nunc explicaturus sum, posita est in loco eius pugnae, qua Neoptolemum proditorem partium Perdiccae Eumenes exercitu exuit, et ut solus ad Antipatrum et Craterum confugeret, coegit. Hanc ego in Cappadocia commissam esse dixi, alii fortasse ad Hellespontum commissam volent ac mihi proferent ad suam sententiam confirmandam, meam refellendam quatuor Diodori et Nepotis testimonia, quibus satis aperte indicatum esse dicent ad Hellespontum arma esse collata. Sane enim Diodorus cap. 25 huius libri scripsit: *Περδίκκας δὲ τούς τε φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίσας προέθηκε βουλὴν πότερον ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν χρὴ στρατεύειν, ἢ πρότερον ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁρμῆσαι. πάντων δ' ἐπ–*

maxime conveniunt, neque tamen temere quid inserendum esse puto, quum nesciamus, quae Diodorus narranda, quaeque omittenda esse iudicarit.

Cap. II.

De loco prioris pugnae, qua Neoptolemus ab Eumene victus est.

Scripsi in superiore capite illud quoque proelium, quo Neoptolemum solum Eumenes vicit, in Cappadocia esse commissum, de quo quum alios dissentire posse intelligam, hoc capite rationes meas explicare et argumentando sententiam meam lectoribus probare conabor. Constitui enim, si quam pronuntiavero sententiam, cuius argumenta non possunt paucis explicata reliquae orationi inseri, nec in ima pagina adscribi, quod accuratiorem exigunt explicationem, separatim proximo capite de ea sententia disputare, ne angustiores annotationis fines impedimento sint, quominus ea, qua interdum opus est, copia omnia argumenta explicentur. Est hoc genus explicandi atque argumentandi simile eis annotationibus, quae in fine scripti alicuius adduntur, multo illis quidem tolerabilioribus, ut ego arbitror, quam quibus saepe non obumbrata scripti ipsius verba, sed obscurata et prorsus obducta videmus, nec tamen alienis ab usitato annotationum genere dicendi, quod nimis angustis undique finibus circumscriptum est quam

ut ego nunc id sequi malim. Liberior vagatur oratio in singulari disputatione, quae quamquam pertinere potest ad alius disputationis partem aliquam, tamen non eis legibus et tamquam vinculis adstricta est, ut non possit sola lectori offerri et ab eo intelligi et cum quadam etiam delectatione pervolutari. Hoc autem maxime expetendum est ei, qui controversias historicas explicandas sibi proposuit, qua re nihil est tenuius nec siccius, nec ieiunius. Quare ut, quantum in me esset, ista crimina evitarem, eam formam explicationis elegi, qua, si quid historicum paullo uberius dici potest, me id facillime assecuturum intelligo. Si tamen lectores docti et intelligentes in me ubertatem atque elegantiam periti oratoris desiderabunt, ignoscant annis meis, qui vix concedunt, ut res perspectas habeam, nedum ut diu studuerim orationi. —

Controversia igitur ea, quam nunc explicaturus sum, posita est in loco eius pugnae, qua Neoptolemum proditorem partium Perdiccae Eumenes exercitu exuit, et ut solus ad Antipatrum et Craterum confugeret, coegit. Hanc ego in Cappadocia commissam esse dixi, alii fortasse ad Hellespontum commissam volent ac mihi proferent ad suam sententiam confirmandam, meam refellendam quatuor Diodori et Nepotis testimonia, quibus satis aperte indicatum esse dicent ad Hellespontum arma esse collata. Sane enim Diodorus cap. 25 huius libri scripsit: *Περδίκκας δὲ τούς τε φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίσας προέθηκε βουλὴν πότερον ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν χρὴ στρατεύειν, ἢ πρότερον ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁρμῆσαι. πάντων δ' ἐπ-*

ενεχθέντων ἐπὶ τὸ πρότερον καταπολεμῆσαι τὸν Πτολεμαῖον, ὅπως μηδὲν ἐμπόδιον ἔχωσι τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ὁρμῆς, Εὐμένη μὲν ἐξέπεμψε μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, προστάξας ἐφεδρεύειν τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον τόποις, καὶ τὴν διάβασιν κωλύειν αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Πισιδικῆς τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐποιεῖτο. et cap. 29 Περδίκκας γὰρ ὑφορώμενος αὐτοῦ [i. e. τοῦ Πτολεμαίου] τὴν αὔξησιν, αὐτὸς μὲν ἔκρινε μετὰ τῶν βασιλέων τῷ πλείστῳ μέρει τῆς δυνάμεως στρατεύειν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, Εὐμένη δ' ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, κωλύσοντα τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἁρμόζουσαν δύναμιν, et in eodem cap. paullo infra ὁ δ' Εὐμένης μετὰ τῆς δοθείσης δυνάμεως παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ προκατασκευασάμενος ἐκ τῆς ἰδίας σατραπείας ἵππων πλῆθος, ἐκόσμησε τὴν στρατιὰν ἐλλιπῆ καθεστῶσαν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, quibuscum consentire videntur, quae post pugnae posterioris descriptionem in principio cap. 5 Cornelius Nepos in vita Eumenis scripsit: „*Haec dum apud Hellespontum geruntur*, Perdiccas apud flumen Nilum „interficitur a Seleuco et Antigono;“ nec inficior tot disertis argumentis ne unum quidem testimonium opponi posse, quo item disertis verbis dicatur pugnam illam in Cappadocia, sive tantum non ad Hellespontum commissam esse, sed tamen non despero me meam sententiam lectoribus attentis probaturum. —

Id non nego, Perdiccam Eumeni Hellespontum custodiendum mandasse, sed Eumenem ipsum ad Hellespontum mansisse, ipsumque eum custodisse nego; neque enim Antipatri Crateriqne transitum prohibuit, quod ante omnia erat faciendum. Et si quidem recte scripsit Diodorus παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον de quo ego valde dubito, Eumenem præsidia tantum eo duxisse puto, quae paullo post a legatis Antipatri Craterique corrupta tutum illis transitum præbuerunt teste Arriano apud Photium (bibl. p. 220 R. sive 125 H.), ipsum autem in Cappadociam recessisse arbitror ceteras copias paraturum. Cur autem tam confidenter dicam pugnam illam Eumenis et Neoptolemi priorem in Cappadocia commissam esse, ita facillime et evidentissime me puto demonstraturum, si rerum illo tempore a Perdicca et Eumene et ceteris, qui huc pertinent, gestarum ordinem accurata et brevi oratione enarrabo, et earum potissimum habebo rationem quae ad confirmandam sententiam meam faciant. —

Quum igitur Perdiccas Larandæis Isaurensibusque punitis, Cynanen, Philippi filiam matrem Adeae, quae postea aviae nomine Eurydice appellata Arrhidæo sive Philippo regi nupsit, per Alcetam fratrem interfecisset (cf. Arrian. ap. Phot. p. 220 R. sive 125 H. Polyæn. VIII. 60. Diod. bibl. XIX. 52.), ut regnum, quod appetebat, tutius occupare posset, Cleopatrae Philippi filiae matrimonium, ab Olympiade ut videtur ei oblatum, petere cœpit, conditionesque ei tulit per Eumenem, ac munera misit (cf. Arrian. ap. Phot. l. c.).

ενεχθέντων ἐπὶ τὸ πρότερον καταπολεμῆσαι τὸν Πτολεμαῖον, ὅπως μηδὲν ἐμπόδιον ἔχωσι τῆς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ὁρμῆς, Εὐμένη μὲν ἐξέπεμψε μετὰ δυνάμεως ἀξιολόγου, προστάξας ἐφεδρεύειν τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον τόποις, καὶ τὴν διάβασιν κωλύειν· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Πισιδικῆς τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐποιεῖτο. et cap. 29 Περδίκκας γὰρ ὑφορώμενος αὐτοῦ [i, e. τοῦ Πτολεμαίου] τὴν αὔξησιν, αὐτὸς μὲν ἔκρινε μετὰ τῶν βασιλέων τῷ πλείστῳ μέρει τῆς δυνάμεως στρατεύειν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, Εὐμένη δ' ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, κωλύσοντα τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν, δοὺς αὐτῷ τὴν ἁρμόζουσαν δύναμιν, et in eodem cap. paullo infra ὁ δ' Εὐμένης μετὰ τῆς δοθείσης δυνάμεως παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ προκατασκευασάμενος ἐκ τῆς ἰδίας σατραπείας ἵππων πλῆθος, ἐκόσμησε τὴν στρατιὰν ἐλλιπῆ καθεστῶσαν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, quibuscum consentire videntur, quae post pugnae posterioris descriptionem in principio cap. 5 Cornelius Nepos in vita Eumenis scripsit: „*Haec dum apud Hellespontum geruntur*, Perdiccas apud flumen Nilum „interficitur a Seleuco et Antigono;“ nec inficior tot disertis argumentis ne unum quidem testimonium opponi posse, quo item disertis verbis dicatur pugnam illam in Cappadocia, sive tantum non ad Hellespontum commissam esse, sed tamen non despero me meam sententiam lectoribus attentis probaturum. —

Id non nego, Perdiccam Eumeni Hellespontum custodiendum mandasse, sed Eumenem ipsum ad Hellespontum mansisse, ipsumque eum custodisse nego; neque enim Antipatri Craterique transitum prohibuit, quod ante omnia erat faciendum. Et si quidem recte scripsit Diodorus παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον de quo ego valde dubito, Eumenem praesidia tantum eo duxisse puto, quae paullo post a legatis Antipatri Craterique corrupta tutum illis transitum praebuerunt teste Arriano apud Photium (bibl. p. 220 R. sive 125 H.), ipsum autem in Cappadociam recessisse arbitror ceteras copias paraturum. Cur autem tam confidenter dicam: pugnam illam Eumenis et Neoptolemi priorem in Cappadocia commissam esse, ita facillime et evidentissime me puto demonstraturum, si rerum illo tempore a Perdicca et Eumene et ceteris, qui huc pertinent, gestarum ordinem accurata et brevi oratione enarrabo, et earum potissimum habebo rationem quae ad confirmandam sententiam meam faciunt. —

Quum igitur Perdiccas Larandaeis Isaurensibusque punitis, Cynanen, Philippi filiam matrem Adeae, quae postea aviae nomine Eurydice appellata Arrhidaeo sive Philippo regi nupsit, per Alcetam fratrem interfecisset (cf. Arrian. ap. Phot. p. 220 R. sive 125 H. Polyaen. VIII. 60. Diod. bibl. XIX. 52.), ut regnum, quod appetebat, tutius occupare posset, Cleopatrae Philippi filiae matrimonium, ab Olympiade ut videtur ei oblatum, petere coepit, conditionesque ei tulit per Eumenem, ac munera misit (cf. Arrian. ap. Phot. l. c.),

Hæc Antipatro et Cratero per Antigonum nunciata hos ad bellum Perdiccæ inferendum concitarunt; quod quum rescisset Perdiccas, neque enim occultum haberi potuit, Eumenem in provinciam suam misit, tum belli apparatus causa, tum quod metuebat, ne quid mali in Armenia Neoptolemus, quem ibi copiis Macedonicis præfectum fuisse puto, moliretur, τὴν ὅμορον Ἀρμενίαν τεταραγμένην ὑπὸ Νεοπτολέμου διὰ χειρὸς ἔξοντα ut ait Plutarchus (Eumen. cap. 4. cf. præter hunc Arrian. ap. Phot. l. c. et Diodor. lib. XVIII. capp. 23 sq.). Paullo post quum certum bellum futurum esset, Perdiccas Eumenem ei parti Asiae, quae inter Taurum montem iacet atque Hellespontum præfecisse videtur: id enim tradit Cornelius (Eumen. cap. 3.), etiamsi alias non dignissimus fide auctor, in hac tamen re consentiens cum Iustino, qui lib. XIII. cap. 6. ita loquitur: „Eumeni, præter pro„vincias, quas acceperat, Paphlagonia et Caria et „Lycia et Phrygia adiiciuntur. Ibi Craterum et An„tipatrum opperiri iubetur; adiutores ei dantur cum „exercitibus frater Perdiccæ Alcetas et Neopto„lemus: Clito cura classis traditur; Cilicia Philotae „ademta Philoxeno datur.“ Eumeni initio „data „erat Cappadocia cum Paphlagonia“ ut ipse ait Iustinus lib. XIII. cap. 4. accuratius Diodorus lib. XVIII. cap. 3. Εὐμένει δὲ Παφλαγονίαν (ἔδωκε Περδίκκας) καὶ Καππαδοκίαν καὶ πάσας τὰς συνορίζούσας ταύταις χώρας, ἃς Ἀλέξανδρος οὐκ ἐπῆλθεν, ἐκκλεισθεὶς ὑπὸ τῶν καιρῶν, ὅτε διεπολέμει πρὸς Δαρεῖον. accuratissime Arrianus apud Photium (p. 216 R. sive 123 H.) Εὐμένης δὲ ὁ

Καρδιανὸς (ἄρχειν ἐπετάχθη) Καππαδοκίας καὶ Παφλαγονίας καὶ ὅσα τοῦ Πόντου τοῦ εὐξείνου σύνορα ἔστε ἐπὶ πόλιν Ἑλλάδα Τραπεζοῦντα, Σινωπέων ἄποικον, et Dexippus apud eundem Phot. p. 200 R. sive 116 H. Εὐμένης δὲ (ἡγεῖσθαι ἀνεφάνθη) Καππαδοκίας τε καὶ Παφλαγονίας καὶ τῶν ἐπὶ τὸν εὔξεινον πόντον κατιόντων μέχρι καὶ ἐς Τραπεζοῦντα. Unde perspicuum in Paphlagonia capitis sexti errorem esse aut librariorum aut Iustini, nec eam defendi posse Cornelii Nepotis auctoritate, quem ipsum cap. 2 vit. Eumen. minus accurate dixisse aut errasse intelligimus. Cariam antea habuerat Asander, Lyciam sortitus erat Nearchus Iustino teste, ceteri eam Antigono tribuunt cum Pamphylia et Lycaonia et Phrygia magna; Antigonus autem iam antea in Aetoliam ad Craterum Antipatrumque confugerat cum Demetrio filio. Phrygia minor Leonnato obvenerat, qui quum jam principio anni 322 a. Ch. n. Antipatro auxilium ferens a Græcis occisus esset, exercitum eius etiamtum secum habuisse videtur Antipater, satrapia fortasse cuidam ὑποστρατήγῳ vel ὑπάρχῳ mandata erat, nam novum ei satrapam præfectum esse nusquam legi. Ciliciam Philoxeno datam esse indicat etiam Arrianus apud Phot. (p. 224 R. sive 127 H.), qui in altera provinciarum distributione, quam anno 321 Antipater Triparadisi fecit, hæc dicit: Φιλόξενον δὲ ἐπὶ Κιλικίας ἔταξεν (Ἀντίπατρος), ἣν καὶ πρῶτον (fortasse scribendum πρότου) εἶχεν. Quod autem hanc provinciam non excepit Cornelius, id ei vitio non est vertendum, quum sine dubio huius provinciæ satrapæ non minus

quam ceteris ducibus a Perdicca edictum esset, ut Eumeni dicto esset audiens; et, si plurimorum scriptorum loquendi consuetudinem spectabimus, Ciliciam non fuisse partem Asiae cis Taurum animadvertemus. De adiutoribus datis cum Iustino consentiunt Diodorus (lib. XVIII. cap. 29.) verbis *συνεξέπεμψε δὲ (Περδίκκας τῷ Εὐμένει) καὶ τῶν ἀξιολόγων ἡγεμόνων τοὺς ἱκανοὺς, ὧν ἦσαν ἐπιφανέστατοι Ἀλκέτας ὁ ἀδελφὸς καὶ Νεοπτόλεμος, καὶ τούτοις παρεκελεύσατο πάντα πειθαρχεῖν Εὐμένει, διά τε τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ καὶ διὰ τὴν τῆς πίστεως βεβαιότητα*, et Plutarchus, qui (Eumen. cap. 5.) *ὁ Περδίκκας*, inquit, *αὐτὸς ἐπὶ Πτολεμαῖον στρατεύων, ἀπέδειξε τὸν Εὐμένη τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ καὶ Καππαδοκίᾳ δυνάμεων αὐτοκράτορα στρατηγόν. Καὶ περὶ τούτων ἐπιστολὰς ἔπεμψεν, Ἀλκέταν μὲν καὶ Νεοπτόλεμον Εὐμένει προσέχειν κελεύσας, Εὐμένη δὲ χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, ὅπως αὐτὸς ἔγνωκεν*, parum quidem Eumeni tribuens, quum eum summum ducem earum tantum copiarum dicat, quae erant in Cappadocia et Armenia, neque tamen fortasse in eo magnopere a ceteris dissentiens, quum sane longe maxima pars copiarum Perdiccæ sive regiarum, quibus in illis regionibus manendum erat, in his ipsis provinciis tum collecta fuisse videatur. Si quis autem præter hos clarissimos duces, alios duos minorum gentium cognoscere cupit, is lib. XIX cap. 16 Diodori *Antipatrum* et *Philotam* inveniet, quos in Alcetæ exercitu fuisse puto; iis fortasse etiam *Docimus* est adiiciendus, quem ibidem nominat Diodorus, sed de eo dubito. *Attalus* vero et *Polemo* non

fuerunt cum Eumene, sed ille cum Perdicca, classi præfectus, hic in Perdiccae amicis, sed cum Arrhidæo, qui Alexandri corpus in Aegyptum duxit (cf. Diod. lib. XVIII. 37. Arrian. ap. Phot. p. 220 R. sive 125 H. et non omnino cum Diodoro consentientem p. 221 et 224 s. R. sive 127 s. H. cf. Diodor. lib. XVIII. 45. Plutarch. Eumen. cap. 8. Polyæn. IV. 7). Totus numerus ἀξιολόγων ἡγεμόνων et ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, qui cum Eumene tum erant, fuit quinquaginta virorum (cf. Diod. lib. XVIII. 37. Arrian. ap. Phot. p. 221 R. sive 126 H.). Verum his iam omissis quæramus potius, quid tandem de Lydia statuendum sit, quam in Iustini verbis non videmus nominatam. Eius administratio Menandro data erat, quem Antigoni amicum fuisse, et Perdiccae consilia ei prodidisse cognovimus; quum enim Sardibus habitaret, haud difficile ei fuerat animadvertere Eumenem munera Cleopatrae, quae et ipsa iam Sardibus degebat, afferre, nec multo difficilius perspicere, cur ea mitterentur; hæc Antigono nuntiarat, is Antipatro et Cratero (cf. Arriani ap. Phot. p. 220 R. s. 125 H.). Hunc non suspectum fuisse Perdiccae, non Eumeni mihi quidem credibile non videtur. At nemo dicit eum satrapia depulsum esse a Perdicca, et quum Antigono Phrygia magna et Pamphylia et Lycia, Asandro Caria redderentur ab Antipatro, huius provincia Clito data est. Sed idem Philotae non reddidit Ciliciam, Philoxenum potius, cui eam Perdiccas dederat anno 321 ineunte, et ipse illi præfecit, non nimis inimice, ut videtur, [1]) quum

1) In eum quoque cadunt, quae Iustinus dicit XIII. 8.: „Sed

κἂν μόνον ἴδωσι τὴν καυσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν φωνὴν ἀκούσωσιν, μετὰ τῶν ὅπλων ἥξειν φερομένους. Καὶ γὰρ, ut addit Plutarchus, ἦν ὄντως ὄνομα τοῦ

---

reminiscor, hoc vocabulum scribens, duorum locorum Plutarchi, ubi idem vocabulum in oratione, quam vulgo dicunt *obliquam*, ea vi positum legi, ut in Latino sermone pronomine reflexivo, quod appellant, reddendum sit. Plutarchus utroque loco hoc pronomen posuit, ut ambiguitatem evitaret; sed ut possit ita poni, eius rei causa est in pronominis αὐτοῦ duplici vi, qua tum *eum*, tum *ipsum* significat: inde factum est, ut Graecis usus pronominis reflexivi οὗ et ἑαυτοῦ minus sit constans, quum ad ambiguitates evitandas αὐτὸ ponerent, et si ne hoc quidem sufficere videbatur, ut omnis ambiguitas tolleretur ἐκεῖνο usurparent. Locorum Plutarcheorum alter est in libro, qui inscribitur πολιτικὰ παραγγέλματα, cap. 14, ubi haec de Cretina et Hermea utitur verbis: ἐνίοις δὲ καὶ τὸ Κρητίνου τοῦ Μάγνητος ὑπερφυῶς ἀρέσκει. Ἑρμείᾳ γὰρ ἀντιπολιτευόμενος ἀνδρὶ οὐ δυνατῷ φιλοτίμῳ δὲ καὶ λαμπρῷ τὴν ψυχὴν, ἐπεὶ κατέσχεν ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος, τὴν πόλιν ὁρῶν κινδυνεύουσαν ἐκέλευσε τὸν Ἑρμείαν τὴν ἀρχὴν παραλαβόντα χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ μεταστάντος· εἰ δὲ βούλεται στρατηγεῖν ἐκεῖνον, αὐτὸν ἐκποδὼν ἀπελθεῖν, μὴ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους ἀπολέσειαν τὴν πόλιν κ. τ. λ. „Cretinas iussit Hermeam aut ipsum reipublicae praeesse, se urbe cedente, aut si se reipublicae praeesse vellet, ipsum abire.“ Priusquam alterum exemplum proferam, liceat mihi locum quendam eiusdem libri, unde modo exemplum desumpsi corrigere. Scripsit enim Plutarchus cap. 14. Τὴν δ᾽ ἀσφαλῆ καὶ σχολαίαν (intellige πάροδον εἰς τὴν πολιτείαν) εἵλοντο πολλοὶ τῶν

Κρατεροῦ μέγα, καὶ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν, τοῦτον ἐπόθησαν οἱ πολλοὶ, μνημονεύοντες, ὅτι καὶ πρὸς Ἀλέξανδρον ὑπὲρ αὐτῶν ἀνεδέξατο

ἐνδόξων, Ἀριστείδης, Φωκίων, Παμμένης ὁ Θηβαῖος, Λεύκολλος ἐν Ῥώμῃ, Κάτων, Ἀγησίλαος ὁ Λακεδαιμόνιος· τούτων γὰρ ἕκαστος, ὥσπερ οἱ κιττοὶ τοῖς ἰσχύουσι τῶν δένδρων περιπλεκόμενοι συνεξανίστανται, προσδραμὼν ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ, ἔτι νέος, καὶ ἄδοξος ἐνδόξῳ, κατὰ μικρὸν αἰρόμενος ὑπὸ τῆς περὶ ἐκεῖνον δυνάμεως καὶ συναυξανόμενος ἤρεισε καὶ κατεῤῥίζωσεν ἑαυτὸν εἰς τὴν πολιτείαν. Ἀριστείδην μὲν γὰρ ηὔξησε Κλεισθένης καὶ Φωκίωνα Χαβρίας, Λεύκολλον δὲ Σύλλας, Κάτωνα δὲ Μάξιμος, Ἐπαμεινώνδας δὲ Παμμένην καὶ Λύσανδρος Ἀγησίλαον, sed in editis libris, quos equidem vidi, omnibus est Ἐπαμεινώνδαν δὲ Παμμένης, quod sententiae principio et historiae et temporum rationibus repugnat. Addam huic emendationi alteram, quae quamquam non tam certa est, tamen fortasse virorum doctorum iudicio probabitur. Sunt verba cap. 26 eiusdem libri: λάμβανε δὴ καὶ δίκης συνεργὸν καὶ πρεσβείας κοινωνόν· ἂν λέγειν μὴ δυνατὸς ἦς, τὸν ῥητορικὸν, ὡς Πελοπίδας Ἐπαμεινώνδαν· κἂν ἀπίθανος πρὸς ὁμιλίαν πλήθους καὶ ὑψηλὸς, ὡς Καλλικρατίδας, τὸν εὔχαριν καὶ θεραπευτικόν· κἂν ἀσθενὴς τὸ σῶμα καὶ δύσεργος, τὸν φιλόπονον καὶ ῥωμαλέον, ὡς Νικίας Λάμαχον. haec quidem scriptura est librorum, sed lector attentus, qui primum exemplum et tertium cum medio comparabit, quod non eodem modo sententiae membra sunt collocata, vitiosam esse intelliget. Primum mediae sententiae membrum esse debet κἂν ἀπίθανος

πολλάκις ἀπεχθείας πολλὰς, ὑποφερομένου πρὸς τὸν Περσικὸν ζῆλον ἀντιλαμβανόμενος καὶ τοῖς πατρίοις ἀμύνων διὰ τρυφὴν καὶ ὄγκον ἤδη περιυβρι-

---

πρὸς ὁμιλίαν πλήθους καὶ ὑψηλός, secundum τὸν εὔχαριν καὶ θεραπευτικόν, tertium ὡς Καλλικρατίδας —, sed excidit nomen eius, quem Callicratidas sibi assumere solebat; hunc e Diodori Siculi lib. XIII. 98. Plutarch. Apophthegm. Lacon. Καλλικρατ. 1 et 5. Xenoph. Anabas. VII. 1. inter se collatis non inepte restituisse mihi videor scribens ὡς Καλλικρατίδας Κλέανδρον (vel Κλέαρχον nam viri nomen dubium est): bene igitur omnia procedent, si haec Plutarchum scripsisse putabis: ἂν λέγειν μὴ δυνατὸς ἦς, τὸν ῥητορικὸν, ὡς Πελοπίδας Ἐπαμεινώνδαν· κἂν ἀπίθανος πρὸς ὁμιλίαν πλήθους καὶ ὑψηλὸς, τὸν εὔχαριν καὶ θεραπευτικὸν, ὡς Καλλικρατίδας Κλέανδρον (s. Κλέαρχον)· κἂν ἀσθενὴς τὸ σῶμα καὶ δύσεργος, τὸν φιλόπονον καὶ ῥωμαλέον, ὡς Νικίας Λάμαχον.

Sed redeamus, unde discessimus, ad usum pronominis ἐκεῖνος, quod loco pronominis reflexivi etiam Brut. cap. 6. positum esse puto, ubi sunt verba Plutarchi Μέλλων δὲ διαβαίνειν εἰς Λιβύην Καῖσαρ ἐπὶ Κάτωνα καὶ Σκιπίωνα Βρούτῳ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν ἐπέτρεψεν εὐτυχίᾳ τινὶ τῆς ἐπαρχίας· τὰς μὲν γὰρ ἄλλας ὕβρει καὶ πλεονεξίᾳ τῶν πεπιστευμένων ὥσπερ αἰχμαλώτους διαφορούντων ἐκείνοις καὶ τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων παῦλα καὶ παραμυθία Βροῦτος ἦν καὶ τὴν χάριν εἰς Καίσαρα πάντων ἀνῆπτεν, ὡς αὐτῷ μετὰ τὴν ἐπάνοδον περιιόντι τὴν Ἰταλίαν ἥδιστον θέαμα τὰς ὑπὸ Βρούτῳ πόλεις γενέσθαι καὶ Βροῦτον αὐτὸν αὔξοντα τὴν ἐκείνου τιμὴν καὶ συνόντα κεχα-

ζομένοις; sed vera hæc erant et Eumenes ipse nihil aliud credebat, quamobrem diligentissime hostium adventum milites suos celavit. Si ad Hellespontum

---

ϱισμένως. Sed huius loci ea est structura, ut quamquam Ciceronem, siquis talem ei sententiam e Graeco convertendam proposuisset, aut servata structura reflexivo pronomine usurum, aut, quod verisimilius omnem illam structuram immutaturum fuisse confidenter asseverarim, tamen Caesarem illum ipsum, de quo hic sermo, „*eius* honorem," dicturum fuisse arbitrer.

Adscripsi autem totam hanc sententiam non unam illam ob causam, ut usum pronominis ἐκεῖνος explicarem et illustrarem, sed ut, si quis interpres eorum librorum, qui cum Caesareis edi solent, forte in hunc libellum incideret, is omnia verba ante oculos haberet. Est enim hic locus Plutarchi ab omnibus, ut opinor, eis interpretibus adhuc neglectus, quum tamen verba quaedam capitis secundi eius libri, quem nescio quis bonus centurio in castris Caesaris bello Hispaniensi composuisse videtur, hinc facillime explicari possint. Scripsit enim ille cap. 2 „C. Caesar Dictator III, designatus IV, *multis itine-„ribus ante confectis*, quum celeri festinatione ad bellum „conficiendum in Hispaniam venisset etc.;" in quibus verbis quid sibi velint illa „*multis itineribus antea confectis*" neminem adhuc vidi interpretem, qui explicaverit: en igitur nunc Plutarchi verbis collatis locum aptissime explicatum. Alias horum Caesaris itinerum per totam Italiam post bellum Africanum et ante bellum Hispaniense nulla mentio, nec apud historicum quemquam scriptorem nec apud ipsum Ciceronem invenitur.

Age quum in hoc simus, errorem quoque quorundam refellamus, qui quomodo ea verba, quae haec Plutarchi proxime praecedunt, intelligenda sint, ignorant. Verba sunt: πρὸς δὲ τὰς ἀδίκους δεήσεις ἀκολάκευτος ἦν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἀναισχύντως λιπαρούντων

se illis opposuisset cum toto exercitu, in ipso transitu hostium victa res Perdiccæ in Asia minore fuisset; et quid non erat metuendum a Neoptolemo,

---

ἧτταν, ἣν ἔνιοι δυσωπεῖσθαι καλοῦσιν αἰσχίστην ἀνδρὶ μεγάλῳ ποιούμενος εἰώθει λέγειν, ὡς οἱ μηδὲν ἀρνεῖσθαι δυνάμενοι δοκοῦσιν αὐτῷ μὴ καλῶς τὴν ὥραν διατεθεῖσθαι, de quibus Hessius in libro, qui inscriptus est Observationes criticae in Plutarchi vitam Timoleontis p. 76 ita disseruit: „locus difficillimus, ὡς οἱ μηδὲν – διατεθεῖσθαι varie ab „interpretibus est explicatus. Amiotus: — qu'il luy sembloit, que ceux qui ne pouvoient rien refuser avoient „très mal gouverné la fleur de leur jeunesse. Sic Cruserius et Kaltwasserus expresserunt, quos non minus" (magis?) „intelligo, quam Xylandrum, qui ὥρα expl. „*tempus*. Censor edit. Bredov. II corrigit: μὴ καλῶς „τὴν ὦραν διατεθεῖσθαι, die nichts abschlagen kön„nen, schienen ihm die Sorge nicht gehörig zu vertheilen. „Sic Wagner Alciph. I, 27. ὥραν in ὦραν mutavit. — „Meliorem emendationem afferam: μὴ καλῶς τὴν ὀργὴν „διατεθεῖσθαι: die nichts abschlagen können, schienen „ihm nicht schön (d. h. für einen grofsen Mann passend) „in Ansehung ihrer Gemüthsart beschaffen zu seyn. „Ὀργὴ *ingenium*, *animi indoles*, est vox Thucydidi „usitata vd. Göller in Act. Phil. Mon. T. II. 247 et „Herodoto (I, 73. var. explicationes editorum et Schweighäuseri) Werf. ib. T. I. 77. 270. In mentem etiam „venit: μὴ καλῶς τὴν χώραν διατεθεῖσθαι: non „honeste sibi eos videri dignitatem (locum) tueri; sed „διατίθεσθαι hunc sensum vix admittere videtur, voci „ὀργὴ autem egregie convenit." Hæc Hessius. — Censorem edit. Bredov. II Kunischii editoris verba impulisse videntur, ut periculum faceret mutandi; is enim talem quandam patrio utens sermone adscripsit annotationem:

qui meliorem occasionem Eumenem a tergo adoriundi sperare sane non potuit? Apparet igitur ne voluisse quidem Eumenem Hellespontum cum

---

„Quamquam plerique ὥραν *flore ætatis* reddunt, tamen „equidem credo verba Latina, quæ Plutarchus ante oculos „habuit, hæc fere fuisse: *eos qui nihil denegare valerent*, „*videri sibi non bene diem disposuisse*. Nisi quis ὥραν „ita accipere mavult, ut dicat esse sententiam: non sibi „videri eos a prima *adolescentia* liberaliter esse institutos.

Mirere profecto, quum et Hessius et Kunischius Reisigii (qui se *Fabricium* quendam voluit esse) libro usi sint, qui easdem vitas continet, quas Bredovianus, quod Stephani auctoritatem, qua ille merito motus est, omnino spreverint. Apposuit enim Reisigius Stephani annotationem hanc: „Locum hunc — unus interpretum recte, alter „perperam reddidit. Unus enim ita vertit: *Dicere solebat*, „*eos qui nihil denegare valerent, parum sibi videri ho-* „*neste ætatis florem collocasse*. Alter autem ita est inter- „pretatus, longissime a mente auctoris aberrans: *Dicere* „*solebat, videri sibi male illos tempus suum collocasse*, „*qui nihil didicerint denegare*. Eadem certe in signi- „ficatione dixit alibi οὐκ ἐλευθερίως προΐστασθαι „τῆς ὥρας, nimirum in Cicerone. Quod loquendi genus „habemus et apud Hesychium in Θεόδωρος, ubi scribit: „Θεοδώρους ἔλεγον οἱ κωμικοὶ τοὺς εὐρυπρώ- „κτους, ἀπὸ Θεοδώρου τινὸς οὐκ εὖ τῆς ἑαυτοῦ „ὥρας προστησαμένου.“ Et rectissime hæc scripserat Stephanus, ut ab eo exspectari poterat; nam ita Græce scivit, itaque erat sensu quodam antiquitatis imbutus, ut ad eiusmodi loca intelligenda simili loco, quo loquendi usus explicaretur, opus non haberet. Nos, qui multo illo sumus doctrina inferiores, hoc subsidio sustentamur, ac quum hoc loco scriptum sit, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἀναισχύντως λιπαρούντων ἧτταν, ἣν ἔνιοι δυσωπεῖσθαι καλοῦσι, libellum Plutarchi, qui inscribitur

exercitu defendere. Ut, quantum in ipso esset, militum præsidiariorum fidem firmaret, potuit eo proficisci, sed quum copiæ essent parandæ, tem-

περὶ δυσωπίας evolvimus; scimus enim Plutarchum aliorum dictis præcipue clarorum virorum in libris philosophis ad suam sententiam illustrandam et amplificandam uti solere; nec secus fecit hocce in Bruti dicto, quod in cap. 3 ita positum videmus: ὅθεν ὥσπερ χωρίον ὕπτιον καὶ μαλακὸν ἡ δυσωπία μηδεμίαν ἔντευξιν ἐξῶσαι μηδ' ἀποστρέψαι δυναμένη, τοῖς αἰσχίστοις βάσιμός ἐστι πράγμασι καὶ πάθεσι· κακὴ μὲν γὰρ αὕτη παιδικῆς φρουρὸς ἡλικίας, ὡς ἔλεγε Βροῦτος, οὐ δοκεῖν αὐτῷ καλῶς τὴν ὥραν διατεθεῖσθαι τὸν πρὸς μηδὲν ἀρνούμενον, ut iam de sensu obscœnissimo huius dicti nulla esse possit dubitatio. — Hoc loco explicato addam correctionem alius loci eiusdem libri. Scribitur enim cap. 4, Brutum initio belli civilis, quum Pompeium odisset, qui patrem eius necaverat, tamen eius partes secutum esse, quod eius causam iustiorem esse crederet; τότε δ' ὡς ἄρχοντι, sunt verba extrema, τῆς πατρίδος ὑποτάξας ἑαυτὸν, εἰς Σικελίαν ἔπλευσε πρεσβευτὴς μετὰ Σηστίου τοῦ λαχόντος τὴν ἐπαρχίαν· ὡς δ' ἐκεῖ πράττειν οὐδὲν ἦν μέγα — ἧκεν εἰς Μακεδονίαν ἐθελοντὴς τοῦ κινδύνου μεθέξων. Hæc autem vera non sunt. Neque enim *Sestius* vel *Sextius* tum fuit prætor Siciliæ, sed *Cato Uticensis*, quod Cæsar, Cicero, alii multi testantur. Huic legati dati videntur T. Postumius et C. Fannius (cf. Cic. epp. ad Att. VII. 15.), quos cum imperio in Siciliam missos legimus. Ne putemus anno antecedenti hunc Sestium ibi prætorem fuisse, eadem Ciceronis epistola exstat, qua docemur *Furfanium* anno 50 a. Ch. n. pro prætore Siciliam obtinuisse. Mittamus igitur Siciliam. *P. Sextius L. F.*, pro quo exstat Ciceronis oratio,

pus, ut supra iam dixi, perdidisset; neque eiusmodi iter videntur significare verba Diodori παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, nam supra dixerat, eum cum idoneo exercitu a Perdicca ad Hellespontum missum esse, ut transitum defenderet. Quare eum ne profectum quidem esse ad Hellespontum arbitror, et parum accurate dicta esse illa παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Quum autem Antipater et Craterus in Asiam transissent, ac literis missis tam Eumenem, quam Neoptolemum in partes suas traducere voluissent, Neoptolemus quidem, cuius fides iam antea suspecta fuerat, a Perdicca defecit; Eumenes vero nullo modo ab eo abalienari potuit; quin etiam Neoptolemum, quum ab hostium par-

post Ciceronem circa bellum inter Cæsarem et Pompeium Ciliciæ præfuit; satis hoc indicat Cicero ep. ad fam. V. 20. qui eundem initio anni 49 a. Ch. n. in Italia cum imperio fuisse dicit ep. ad Attic. VIII. 15. Quid igitur clarius, quam P. Sextium hoc anno prætorem Ciliciæ fuisse, eumque in Ciliciam Brutum secutum esse legatum, qui eiusdem filium, sive is L. sive P. fuit (ex Albini filia cf. Cic. pro Sext. 3. ad fam. XIII. 8) deinde post mortem Cæsaris in bello secum habuit; quem a Catone e Cilicia civili bello retractum esse dicit Aurelius Victor, quamquam is res confudit vel negligenter narravit; quem denique tædio inertiæ, quum periculorum particeps esse vellet, ipse Plutarchus subiicit in Macedoniam venisse e provincia, quod quamquam in Siciliam cadere potest, tamen multo magis cadit in Ciliciam, ubi nulla Cæsaris arma, nulla belli species, nisi quod Pompeio copiæ parabantur imprimis navales? Quare hunc locum sexcentis illis addamus ubi Cilicia cum Sicilia vel Κιλικία cum Σικελίᾳ confusa est, scribamusque: εἰς Κιλικίαν πρεσβευτὴς μετὰ Σηστίου κ.τ.λ. —

tibus eum stare cognovisset, ut prœlio secum decertaret, coegit. Quid autem ineptius, quam ad Hellespontum eo tempore cum Neoptolemo confligere, quo hostium copiæ iam in Asia, sive potius iam ad Hellespontum, pæne in eodem loco erant; quas nullo negotio in ipso discrimine Neoptolemus accire poterat, [illegible] forte ipsi, quum progrederentur, in eos dimicantes inciderent? Verum sit ita, pugna illa ad Hellespontum sit commissa, quid tum? Neoptolemus victus cum paucis equitibus ad Antipatrum et Craterum profugit, hisque persuasit, ut continuatis mansionibus, læto ex victoria et securo fuga „Eumeni supervenirent," ut ait Iustinus, quocum consentit Plutarchus (Eumen. cap. 6) scribens: *ὁ Νεοπτόλεμος δὲ, μετὰ τὴν φυγὴν ἀφικόμενος πρὸς αὐτοὺς, τήν τε μάχην ἀπήγγελλε καὶ παρεκάλει βοηθεῖν, μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους, πάντως δὲ Κρατερόν. — Τότε δ' οὖν ὁ Κρατερὸς τὸν μὲν Ἀντίπατρον εἰς Κιλικίαν ἀπέστελλεν, αὐτὸς δὲ τῆς δυνάμεως ἀναλαβὼν πολὺ μέρος ἐπὶ τὸν Εὐμένη μετὰ τοῦ Νεοπτολέμου προσῆγεν* (fort. *προῆγεν*), *οἰόμενος οὐ προσδεχομένῳ, καὶ μετὰ πρόσφατον νίκην ἐν ἀταξίᾳ καὶ περὶ πότους ἔχοντι τὴν δύναμιν ἐπιπεσεῖσθαι;* neque ceteri dissentiunt. At quomodo, si ad Hellespontum pugnatum est, sermo esse potest de *continuatis mansionibus*? et quid Eumenem post illam pugnam fecisse dicamus? in Cappadociam fugisse? cur? ut maiores undique copias colligeret? Hoc enim eum fecisse Diodorus dicit cap. 30 verbis: *Εὐμένης δὲ, πυνθανόμενος προάγειν ἐπ' αὐτὸν τοὺς πολεμίους, ἤθροισε πανταχόθεν τὰς δυνάμεις.* At si fugiebat, si copias

contrahebat, qui *lætus ex victoria* et *securus fuga* dici potest? (nam hanc fugam esse Neoptolemi non Eumenis, res ipsa docet; qui enim fugit, eo ipso, quod fugit, se non esse securum ostendit; sed alterius fuga sane aliquis securus esse potest.) et quomodo fieri potest, ut decem diebus post priorem illam pugnam, si ad Hellespontum eam pugnatam esse statuimus, altera iam in Cappadocia commissa sit, quum fere duplici spatio temporis opus sit ad hoc iter faciendum? Ne quis autem dicat credibile esse, posterioris pugnæ locum non magis esse in Cappadocia, quam prioris; duo sunt scriptores, a quibus docemur Craterum Neoptolemumque in Cappadocia victos esse atque occisos. Alter Plutarchus, qui id indicat verbis (Eumen. cap. 5.) Ἐπεὶ δὲ Κρατερὸς καὶ Ἀντίπατρος, τῶν Ἑλλήνων περιγενόμενοι, διέβαινον εἰς Ἀσίαν τὴν Περδίκκου καταλύσοντες ἀρχὴν, καὶ προσηγγέλλοντο μέλλοντες ἐμβαλεῖν εἰς Καππαδοκίαν, ὁ Περδίκκας κ. τ. λ.; alter ipse Diodorus, qui id diserte tradit, scribens (lib. XVIII. cap. 37.) Μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν (i. e. Περδίκκου) εὐθὺς ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι παρατάξεως γενομένης περὶ Καππαδοκίαν Εὐμένης νενίκηκε Κρατερὸς δὲ καὶ Νεοπτόλεμος ἡττηθέντες ἀνῄρηνται.

Hæc omnia bene se habent, si bis in Cappadocia pugnatum esse dicimus. Namque Antipatrum et Craterum iam in Asia aliquantum progressos fuisse, quum Eumenes Neoptolemusque prœlio inter se decertarint, ex Plutarcho perspicuum est. Perdiccas Eumenem summum ducem omnium, quæ cis Taurum, vel omnium quæ in Cappadocia et Ar-

menia erant, copiarum constituerat: quid igitur mirum, si Neoptolemi quoque exercitus, quem antea in Armenia fuisse cognovimus, tum in finibus Cappadociæ erat, quum Neoptolemus proditione detecta ad certamen armorum ab Eumene adigeretur? Neoptolemus Antipatro Cratereque, ad quos profugerat, persuasit, ut quinque illud vel sex dierum spatium, quo ab Eumenis castris distabant, continuatis mansionibus percurrerent, atque ita Eumenem eiusque exercitum lætum victoria, in vino epulisque et omni voluptate atque securitate dies noctesque transigentem, opprimerent. Eumeni nec improvisus hostium adventus fuit, et simul tamen cautum ne quis nuntius advenientium ad aures militum perveniret; quod Macedonum nomen maximeque Crateri in tanto tum apud omnes honore erat, ut verendum esset, ne, si rescissent milites, quibuscum arma collaturi essent, confestim omnes transfugerent. Quare cum barbaris quibusdam a Neoptolemo collectis eos pugnaturos simulavit, atque hoc stratagemate victoriam reportavit. — Nepotis autem illa „Hæc dum apud Hellespontum „geruntur," quum ad utrumque prælium referenda esse videantur, neutrius locum significabunt. Terminos enim utriusque belli et Asiatici et Aegyptiaci a Cornelio ibi nominatos esse intelligemus.

Cap. III.

De ordine reliquiarum libri sexti Bibliothecæ Diodori Siculi disputatio prior.

In pretiosissimis sane atque utilissimis nostri seculi inventis litteratis ea sunt numeranda, quæ Angelus Maius, vir doctissimus optimeque de litteris Græcis et Latinis meritus, ex codicibus, quos dicunt rescriptos, magno eruta labore cum omnibus litterarum studiosis communicavit. Ciceronis, Polybii, Diodori, Dionysii, Dionis Cassii, aliorum reliquias multas huius unius industriæ debemus: et tamen quotusquisque est nostrum cui operæ illius laudes publicis commentariis consignandæ visæ sint? Accusant virum optimum, quod omnia ipse conficere cupiens libros manuscriptos negligentius legat, quo plus temporis interpretationi Latinæ et annotationibus conscribendis tribuere possit. Neque sane, id qui dicunt, mentiri videntur; namque ut hoc utar exemplo, quis est qui titulum illum de sententiis, quem nuper Maius invenit, scriptum eodem seculo, quo compositus est, ita depravatum esse credat, ut ille eum edidit, multo corruptiorem quam titulos illos de legationibus et de virtutibus et vitiis, qui iam pridem ab aliis sunt inventi ac divulgati? Mihi ipsi aliquoties accidisse memini, ut stomacharer, dum illa legerem, præsertim quum viderem, neque interpretationem Latinam optimam esse, neque annotationibus plurimis lectorem non plane ineruditum indigere, multa etiam talem

hominem rectiora illis, quæ in annotationibus exponuntur, novisse oportere. Sed revocavi animum et dandum aliquid esse et permittendum viro summo, qui tot tamque insperata munera nobis offerret, iudicavi. Neque enim nos adeo irasceremur, nisi tam grata nobis illa essent dona, ut, si quid corrupti vel depravati reperimus, maximo dolore afficiamur, læti illius fructus spe deceptos nos ac destitutos existimantes. Est igitur muneris ipsius magnitudo et iucunditas, quæ iram nostram excitat. At quam iniustam! Quantus est enim numerus scriptorum multo minus eruditorum, quorum scripta quotannis nobis legenda offeruntur! Abiicimus intacta, miserati inscitiam potius scribentium, quam eorum impudentia irritati. Huic autem scriptori, quum eius scripta propter novitatem magnitudinemque et utilitatem rerum abiici non possint, iure ac merito succensendum esse putamus, si quid a cupidiore gloriolæ cuiusdam delictum esse animadvertimus, qualia quotidie ab aliis peccari videmus? Nonne grato potius illa nobis animo sunt accipienda, quæ non sine magno labore Maius sub aliena scriptura latentia in lucem protraxit, et in eo elaborandum, ut ipsi reliquias illas quam emendatissimas reddamus, tum nostra linguarum peritia, nostroque ingenio, quæ corrupta habemus, persanantes, tum, si quæ insanabilia videbuntur, Maium ipsum exorantes, ut aut ipse codicem denuo inspiciat, aut aliis manuscriptorum legendorum peritioribus copiam faciat inspiciendi. Illud iam a nonnullis factum est, hoc numqui fecerint ignoro. — In iis, qui summo ingenio singularique linguæ Græcæ scientia

præditi illum laborem susceperunt, et felicissima manu fere ubique scriptoris veteris verba restituisse videntur, est *L. Dindorfius*, cuius industria et doctrina *reliquias Diodori Siculi*, quas in titulo de sententiis Maius invenerat, emendatissimas habemus: *Polybio Geelius* et *Luchtius* operam navarunt. Sed quum duæ res illis post Maium faciendæ fuissent, ut et verba scriptoris restituerent et annotationes Maii, si quæ falsa continerent, corrigerent, illud quidem strenue fecerunt, hoc autem fere ubique plane omisso integros potius errores nobis tradiderunt, quod evitare potuissent, si ut interpretationem Latinam ita annotationes quoque exulare iussissent. — At multa, nisi necessaria, utilia tamen Maius attulerat. — Recte; sed qui hoc diiudicare potuit, is etiam errores eius corrigere potuit; sin minus, cavendum ei erat potius, ne errores lectoribus offunderentur, quam curandum, ne quid utile prætermitteretur. Nunc quum illa pars operis intacta relicta sit, alii nova mox explicatio suscipienda est, qua tamen multo minus Polybii reliquiæ, quam Diodori indigent. Has igitur ipse nova enarratione pro viribus meis instructa aliquando edere mihi proposueram, sed quum multa mihi impedimento sint, quominus tam celoriter, quam speraveram, hoc opus conficere possim, constitui hoc libello complures emendationes meas ex illa enarratione desumptas proferre, tum ut lectoribus inde iudicare liceat, quid in toto opere præstiturus sim, tum ut, si quæ minus recte explicare instituerim, meliora me doctiores, ante quam illud edere incipiam edoceant. — Præmittam

vero nunc quædam, quibus aptior hic locus esse videtur, quam in principio novæ explicationis Vaticanarum reliquiarum. Quum enim ad perspiciendam vim atque sententiam reliquiarum Diodori, quæ in codice Vaticano inveniuntur, et ad definiendum tempus, quo referendæ sunt singulæ quæque, plurimum accurata valeat cognitio earum reliquiarum, quæ iam pridem inventæ exstant, haud prætermittendum esse duxi, si quos in his digerendis errores ab editoribus Bipontinis admissos esse animadvertissem, ut eos indicarem et qualemcunque operam meam ad eos corrigendos adhiberem. Quare priusquam ad Vaticanas reliquias accedemus, ea perlustrabimus, quæ nova hæc inventa antecedunt, in qua tamen re ultra libri sexti fines nos regredi non opus est, quia certo scimus Diodorum, quum sex primis libris res gestas ante Troiam captam, nulla temporum ratione habita narrasset, hoc demum libro tempora accuratius definire cœpisse, et quod reliquiæ Vaticanæ iam nullæ sunt ex illo tempore ante Troiam expugnatam. Bipontinis illis autem editoribus, quum libri septimi reliquias infelicissime disposuerint, id potissimum excusationi est, quod nondum inventa interpretatione Armeniaca Eusebii Pamphili, iis caruerunt huius libri capitibus, quæ fere sola iudicium nostrum in hac re dirigere possunt.

Mea igitur dispositio hæc est. Principio ponam verba illa de Lacedæmoniorum regibus, quæ servavit Eusebius L. I. c. 35. p. 166. chron. Mai. „Quoniam a rebus Troianis — Eurystheo horumque „posteris:“ hæc enim potius ex præfatione libri

VII desumpta esse videntur, quam e narratione reditus Heraclidarum, primoque Eurysthenis Proclisque regum anno (a Ch. n. 1104 ante primam Olympiadem anno 328). Quod autem, quamquam plura apud Eusebium scripta sunt, hæc tantum Diodori esse, neque alio in loco posita, sed in præfatione prolata fuisse puto, eius sententiæ hæc habeo argumenta. Brevem quandam et concisam historiam regum Lacedæmoniorum, qualis illa est apud Eusebium, cur posuerit Diodorus, nemo, ut opinor, divinet; nam ubi posuerit, nihil omnino interest: sed qui singulos annos annalium suorum in hoc libro ad singulos regum Spartanorum annos applicuit, sicut postero tempore ad archontum Atheniensium annos eum applicuisse videmus, quo hunc nomine dignum indicabimus, si in eiusmodi libro, qualis hic est, antequam illud facturus esset, ipsorum illorum regum nomina cum regni annorum cuiusque numeris eum percensuisse animadvertemus? Neque vero, quominus hoc Diodorum fecisse credamus, id solum obstat, quod ineptissime factum esset, sed enumeratio ipsa tam manca est, ut nemo eam a Diodoro profectam esse credere possit. Præterea verba illa, quæ sequuntur, „nos „vero singulos ex his familiis percenseamus usque „ad primam Olympiadem“ non magis Diodori sunt, quam p. 94, cap. 5 extr. illa „Nos vero his omis„sis, persequamur singillatim Aegyptiorum chro„nologiam“ Manethonis. Utraque Eusebius scripsit, adiiciens regum tabulas quasdam e multis hanc Manethonis illam Diodori locis excerptam et compositam. Nam Diodoro usum esse Eusebium in

hac tabula conficienda negari non potest; sed quum illi ad tempora definienda potior domus sufficeret Agiadarum, hos tantum reges integros locis suis posuit, ex altera familia non omnium meminit, sed eorum, quos mentione dignos habuit; quamquam cur Soum et Eurypontem omiserit, ego quidem intelligere non possum: hinc autem factum est, ut Eusebius eos tantum recensuerit, quos invenerit, et ut ne novisse quidem videatur, plures ex hac altera familia regnasse. Ego vero neque hos reges Lacedæmoniorum, nec nomina gentium, quæ maris imperium tenuerunt, ab eodem Eusebio p. 168 s. e Diodori libris (VII usque ad X) collecta, annorum numeris passim adscriptis, suis locis recensebo, quum et series nominum et numeri annorum nimium depravati esse videantur. Quæ autem continua oratione Diodorum scripsisse arbitror, ea in præfatione aptius poni videntur, quam inferiore quodam huius libri loco, quod computatio annorum a Troiæ excidio usque ad primam Olympiadem, et imprimis octoginta illorum annorum usque ad Heraclidarum reditum nulli loco tam convenit, quam huic ipsi præfationi. — Alterum locum obtinebit caput illud, quod in Excerptis de virtutibus et vitiis servatum a Bipontinis primo loco positum est, ὅτι τῆς Τροίας ἁλούσης Αἰνείας μετά τινων — καὶ ὅπου βούλεται (Excerpt. d. virtt. et vitt. ap. Wesseling. p. 546, v. 38 — 55). Res enim ipsa docet hinc historiæ post Troiam expugnatam initium factum esse. Annum autem, sub quo hanc narrationem protulit, Diodorus *primum post Troiam expugnatam* nominasse videtur. — Tertio loco

ponenda sunt verba illa quæ apud Syncellum restant (p. 194 ed. Par.), ἔνιοι μὲν οὖν τῶν συγγραφέων — ἀποστῆναι τῆς προθέσεως, perperam, ut videntur, a Wesselingio octavo demum loco inter fragmenta Diodori, quæ dicit (Tom. II, p. 636) prolata; multo etiam infelicius a Bipontinis editoribus, adversante Syncelli titulo, qui est ἐκ τῆς ζ' Διοδώρου Σικελιώτου, in locum secundum inter reliquias libri octavi reiecta. Eadem præbet Eusebius p. 210; neque is ibi substitit, ubi Syncellus exscribendi non Diodori sed Eusebii finem fecit, verum totam illam Diodori disputationem de antiquissima historia generis atque regni Romani exhibet; unde discimus verba ὅτι Ῥωμύλος Σιλούιος κ. τ. λ., quæ sunt in Excerptt. de virtt. et vitt. ap. Wessel. p. 546, v. 56 — 61, partem esse huius orationis; quæ quum in Excerptis illis de virtt. et vitt. ante verba ὅτι ἐγένετο τύραννος κατὰ Κύμην τὴν πόλιν ὄνομα Μάλακος κ. τ. λ. (Wessel. T. II. p. 546, v. 62 ss.) collocata sint, suo loco posita esse non possunt; nam hæc verba, ut recte animadversum est in annotatiuncula editorum Bipontinorum p. 16, Cumarum originem spectant, quæ multis annis rege Romulo Silvio est antiquior; quare quum eandem ob causam ea, quæ Eusebius servavit, ad annum ipsum Romæ conditæ referri non possint, iam nullus alius locus restat, nisi is, ubi de Aeneæ adventu in Italiam scriptor egerat, i. e. *tertius annus post Troiam eversam.* Sub hoc igitur anno uno tenore omnes reges Latinos enumerat, historiam cuiusque brevibus verbis enarrans. Apud Eusebium hoc caput desinit in fine

§. 8 verbis „donec a Remo et Romulo Romæ con„ditoribus interfectus est.“ -- Sequitur loco quarto, quæ apud Ulpianum (schol. ad Demosth. or. de cor. p. 155.) invenitur particula, Ἐκλήθη Μουνύχιον [ὥς φησιν ὁ Διόδωρος] — ὅστις ἐπωνομάσθη τοῦ βασιλέως, quam nescio qua ratione commotus Wesselingius (T. II, p. 636) capiti de Corinthiorum regibus postposuit. Quum ex Hellanico Diodorus hauserit, qui, ut ait Wesselingius in annotatione, Munychum Panteuclis filium dixit, haud multum abest, quin ex Panteuclis ætate Wesselingium ratiocinatum esse putem; sed hæc mihi quidem prorsus ignota est, quare Demophontis tempora sequens, quem alii Munychi patrem dicunt, quadragesimum fere annum post Troiam expugnatam adscribo, neque multum a vero tempore ædificationis Munychii me ita aberrare posse puto, quum, quod non videtur esse verisimile, omnino diversos ab usitatis fuisse Hellanici fastos necesse sit, nisi fere eodem tempore Munychus ille Panteuclis filius rex fuit Athenis, quo Demophontis filius regiam potestatem tenere potuit. Sed utrum suo anno Diodorus ædificationis illius meminerit, an in alius rei gestæ narratione, id equidem non diiudicarim: sin sententia dicenda est, hoc posterius mihi probabilius esse videri fateor, quod Eusebium, si alios apud Diodorum reges Atheniensium invenisset, quam apud Castorem, hunc dissensum litteris mandaturum fuisse existimo, si eosdem invenit, Diodoro Munychus rex non fuit. Hoc autem si ita est, non modo annum, sed ne librum quidem, ex quo hæc particula desumpta sit, possumus indicare. — Caput

de Corinthiorum regibus, *Τούτων ἡμῖν διευκρινημένων – ὑφ' ἧς κατελύθησαν*, quod servatum est apud Eusebium chron. lib. I, cap. 34, p. 163 ss., unde sumpsit Syncellus p. 179 ed. Par., a Wesselingio in fragmentis, quæ dicit, sexto loco (Tom. II, p. 635), a Bipontinis in reliquiis libri septimi secundo loco positum, incertum est, utrum ad annum reditus Heraclidarum, qui est octogesimus post Troiam eversam, an ad annum primum regiæ potestatis Aletæ ex computatione Wesselingii, qui est CX post Troiæ excidium, referri oporteat. Diodorum ipsum non minus quam Eusebium in errore versari, Müllerus arbitratur in historiarum gentium urbiumque Græcarum, quas patrio sermone conscripsit, Vol. III. p. 502, quamquam paullo supra Lacedæmoniorum regum tempora recte ab eo definita esse dixerat, neque vel summam annorum regni Corinthiaci, vel nonaginta illos annos Prytanum, qui Scaligerum aliosque torquent, apud unum Diodorum reperiri negabit. Wesselingio aliter visum est, qui sententia sua exposita pergit: „neque dissentire videtur Diodorus, clarissime, ut „equidem puto, significans, post Heraclidarum re„ditum, divisa iam et occupata Peloponeso, arces„situm fuisse Aleten ad Corinthi possessionem ad„eundam.“ Atque hoc quidem recte animadvertit, Aletam e Diodori verbis post distributam reliquam Peloponnesum Corinthum venisse videri, sed hinc illud non sequitur, eum triginta annis post illuc venisse, quod tantum ex quingentis quadraginta septem illis annis efficitur computando; quare quum Diodorus ipse Aletam anno CX post Troiam captam

Corinthum venisse, regiamque potestatem nactum esse indicare videatur, fortasse haud inconsiderate factum erit, si huic anno hoc caput tribuemus. Diodorus autem hunc annum nominasse videtur *trigesimum Eurysthenis et Proclis Spartæ regnantium.* Nondum enim Müllerus (l. c.) mihi persuasit Diodorum triginta annos ætatis pupillaris horum fratrum geminorum atque regum separatim numerasse, quibus peractis addendos esse duos illos et quadraginta annos regni Eurysthenis. Sed in Diodori computandi ratione plane erravit, quum is falsa potius tradere malit, quam tutori annos regni administrati adscribere; et numqui alius scriptor illud fecerit, equidem valde dubito. [1]) — Sexto loco verba illa ponenda esse videntur, quæ excerpta de virtutibus et vitiis de Aristodemo Malaco Cumarum tyranno suppeditant, ὅτι ἐγένετο τύραννος καὶ φοβερὸς ἦν τοῖς Κυμαίοις. Hæc enim, ut supra dixi, Bipontini editores recte ad narrationem originis Cumarum retulerunt. Plura sub nomine illius anni, qui fortasse octavus annus Echestrati regis fuit, de rebus Cumanis Diodorus collegisse videtur, unde factum est, ut Aristodemi Malaci, qui Tarquinii Superbi tempore vixit, hoc loco meminerit. Cur Bipontini Cumarum origines apud Diodorum anno 1044 ante Ch. n. tribuerint nescio. Nostro tempore plerique Cumas conditas esse putant circa annum 1050 a. Ch. n. Eusebius (ed. Scalig.) earum originem anno Abrahami 966 adscripsit, qui quum apud illum in annum octavum Echestrati regis

---

1) vide caput 4.

Lacedæmoniorum incidat, quumque alias multas urbium conditarum temporum definitiones Eusebium e Diodoro sumpsisse cognoverim, ego hunc annum adscripsi, magis de fide quadam scripti servanda, quam de anno ipso, quo Cumæ conditæ sunt, adscribendo sollicitus. — Sic igitur eas libri septimi Bibliothecæ Diodoreæ reliquias, quæ novas illas a Maio inventas antecedunt, ordinandas esse puto. Reliquiarum ipsa verba cum annotationibus nonnullis infra ponam alio capite; quibus prolatis etiam posterioris partis libri septimi reliquiæ, itidem ordinabuntur, ordinata perscribentur et explicabuntur.

Cap. IV.

De ratione annorum ætatis pupillaris regum Spartanorum in annis regiis numerandorum.

Müllerus vir doctissimus, cui quum litteræ artesque liberales et magnus discipulorum numerus multum debeant, tum ego, qui ante hos novem annos Gottingæ eum studiose audivi, plurimum debeo, in libro summæ doctrinæ maximæque utilitatis, qui inscriptus est „historiæ gentium urbiumque Græcarum“ (T. III, p. 502.), ubi de temporum notatione loquitur, „integram,“ ait, „Apollodori „computationem annorum 328 inter Heraclidarum „reditum et primam Olympiadem numeratam nunc „ex Eusebio Armeniaco (p. 166) restitui posse; „inde enim intelligi Olympiadis primæ annum „primum apud Apollodorum incidisse in annum

„decimum Alcamenis regis. Ab Eusebio annum „illum cum anno trigesimo septimo sive ultimo „Alcamenis comparari, quem errorem inde se „ortum arbitrari, quod Eusebius annum reditus „Heraclidarum et ipsum esse annum primum re-„gnante Eurysthene putarit; Apollodorum autem „ex ἀναγραφῇ Laconica circiter unum annum „(χρόνον οὐ πολλὸν Herod.) Aristodemo tribuisse, „deinde annos triginta ætati pupillari fratrum (cf. „p. 84). Quare, quum tabulæ (canones) 324 „annos exhibeant inter Heraclidarum reditum et „primam Olympiadem (916 – 1240), inde de-„trahendos esse septem illos et viginti annos Alca-„menis, addendos annos triginta unum Aristodemi „et ætatis pupillaris geminorum; ita quum effician-„tur anni 328, sine dubio accuratissime restitui „Apollodori computationem.“ Hæc ego negavi capite superiore proximo, sed quum ea merito sit auctoritas viri præstantissimi in rebus historicis, ut temere is contra dixisse videatur, qui argumenta non protulerit contraria, non prætermittendum esse duxi, ut sententiam meam, quam maxime possem, gravibus argumentis firmarem; quod quo liberius copiosiusque mihi facere liceret, singulari capite de hac re disserere constitui. — Negavi igitur triginta illos annos ætatis pupillaris a Diodoro, quem descripsit Eusebius, separatim numeratos esse, quod aliis locis annos regiæ potestatis, quæ sub tutela gesta est, a Diodoro ceteris annis regni additos esse animadverti et falsa eum tradere malle, quam tutori annos regni adscribere. Quod quum dico, locum quendam Diodori respicio, qui mihi

parum ab aliis intellectus esse videtur, quemque nunc explicare et aliorum errores refutare conabor. Scripsit enim Diodorus lib. XIII. cap. 75, ita: *καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις Πλειστώναξ ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν ἄρξας ἔτη πεντήκοντα, διαδεξάμενος δὲ τὴν ἀρχὴν Παυσανίας, ἦρξεν ἔτη δεκατέσσαρα*, in quibus verbis *πεντήκοντα*, quod est in codicibus veteribus, Rhodomannum secutus Wesselingius restituit in locum numeri depravatissimi *ὀκτώ*, qui est in libris editis vetustioribus. Quæ Dodwellus de hoc numero disputavit, ego non repetam, id tantum dicam eum *πεντήκοντα ὀκτώ* scriptum maluisse, nulla nisum auctoritate, nisi quod ei ita visum est; nam credi vix potest ipsum re vera credidisse, quod dicit, „plane nullam esse rationem, „cur numeri illi invicem confunderentur.“ Wesselingius, qui Dodwelli verba retulit in annotatione ad hunc locum, eius sententiam improbat, quod contra codicum fidem sine ulla causa annorum numerum immutare velit. Et recte id quidem Wesselingius; nam sane mirandum esse videtur, Dodwello non in mentem venisse, facillime tam in litteris maioribus quam in minoribus signum numeri quinquaginta cum signo numeri octo commutari. — Scaliger cui altera codicum scriptura ignota fuisse videtur, similibus fortasse rationibus inductus ac Dodwellus, Plistonacti 68 annos tribuit, quum Plistarcho Leonidæ filio unum tantum illum annum primum Olympiadis 75 concessisset, quo Leonidas apud Thermopylas honestissimam mortem oppetiit dicam an appetiit (cf. Canon. Isagog. Lib. II. p. 167 ed. Amstel. 1658). Quod Plistarcho tam

celeriter successorem mittit, eius rei caussa fortasse in Pausaniæ verbis invenitur (lib. III, cap. 5), quæ sunt: *Πλείσταρχος μὲν οὖν ὁ Λεωνίδου νεωστὶ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς ἐτελεύτησε;* quamquam vix potest intelligi, quomodo his verbis nisus Scaliger pupillum hunc ante tutorem, eundemque proximum successorem, Pausaniam, mortuum esse dicere potuerit; nam si Olymp. 75. 2 mortuus est Plistarchus, ei certe non Pausaniæ filius, sed Pausanias ipse successit, quem tamen regem fuisse fere omnis antiquitas diserte negat. Quamobrem Wesselingius non est reprehendendus, qui huius sententiæ plane non meminit. Novissimus, quod sciam, adversarius quinquaginta illorum annorum est Ottfridus Müllerus, vir summus, quocum ego nunc contendo, in historr. gentium urbiumque Græcc. Vol. III. p. 498, qui „circiter anno primo „Olymp. 78. Pausaniam Plistarchi tutorem in æde „Minervæ, quæ *χαλκίοικος* vocatur, perisse ac fere „eodem tempore Plistarchum mortuum esse putat; „inde Plistonactem regem factum, cuius *πρόδικος* „fuerit Nicomedes Pausaniæ frater.“ Hanc sententiam sic fortasse refellemus: Pausaniam Olympiadis 78 anno primo mortuum esse non nego; cur autem Plistarchum eodem anno mortuum esse dicamus? Hic mihi proferentur, ut puto, verba illa Pausaniæ lib. III, cap. 5, quæ supra citavi. At hæc nihil aliud demonstrant, nisi Plistarchum mortuum esse, quum nuper ipse regiam potestatem vel, ut ita dicam, regni habenas suscepisset. Quis autem negare potest eum post Pausaniæ mortem in Nicomedis Pausaniæ fratris tutelam venisse? Nusquam

hoc traditum est. — Concedo, sed traditum est Plistonactem mortuum esse Olymp. 93. 1, post regnum quinquaginta annorum, quare si recte ratiocinari volumus, regem eum factum esse Olymp. 80. 3 statuere nos oportet. Cur hoc, quod scriptum est, malimus non credere, quam illud credere, quod scriptum quidem non est, sed tamen refutari non potest? Nam quis nobis omnes πϱοδίκους regum Spartanorum retulit? Cleombrotum Olympiadis 75 anno primo et secundo Plistarchi tutorem fuisse scimus, quod aliter fieri non potuit; sed Herodotus hoc lib. VIII. cap. 71, ubi dictum esse exspectare poteramus, non tradidit, et lib. IX. cap. 10, ubi id traditum esse peritus lector intelliget, certe neque suo loco dixit, neque omnino dicere eum opus erat. Plistonactis et eius filii Pausaniæ tutores novimus, Agesipolis primi tutorem Aristodemum vocat Xenophon (Hellen. lib. IV. cap. 2. §. 9), eundemque etiam Cleombroti prioris Pausanias (lib. III. 5.); quod posterius ambiguum est; ita enim accipere possumus, ut non solum post Pausaniæ patris mortem, fratre regnante atque ipso pupillo, illum tutorem Cleombroti fuisse intelligamus, sed etiam fratre mortuo, quod minor etiamtum Cleombrotus esset triginta annis, quam ætatem Müllero auctore, quum Theronem per triginta annos Eurysthenis Proclisque tutorem fuisse dicat, legitimam regni ipsius, non nominis solum regii accipiendi duco; et sane fortasse cuipiam idem illud verbis τότε πϱῶτον ἡγούμενον in Xenophontis Hellenic. lib. V. cap. 4. §. 14. confirmari videatur. Sed quæramus hoc omisso potius, quis Agesipolis

alterius, qui post Cleombroti patris interitum rex factus est, *πρόδικος* fuerit. Nam si vel uno tantum anno Agesipoli fratre minor fuit Cleombrotus, quum ille Pausania (III, 5) et Xenophonte (Hellen. IV, 7, 2 s.) testibus tertio demum anno Olympiadis 97 regnum ipse administrare cœperit, hic, quo tempore mortuus est, Olympiadis 102 anno secundo maior 48 annis esse non potuit; unde sequitur, ne filium quidem eum habuisse maiorem viginti annis (conf. Mülleri historr. gentt. urbbq. Græc. Vol. III. p. 284.). At si Agesipolis alter anno postquam rex factus est, etiamtum pupillus decessit, etiam minorem natu fratrem eius eundemque successorem Cleomenem pupillum regnum inisse necesse est. Sed neque huius tutorem neque eius nepotis Arei, quem minorem triginta annis avo successisse res ipsa demonstrat, ullus scriptor nobis diserte nominavit; quamquam ego minime dubito, quin ipse ille Cleonymus patruus, quocum Areus de regno litigasse dicitur, eius *πρόδικος* fuerit, siquidem ipse tutor esse voluit, quod tamen equidem non affirmarim, et si vera sunt, quæ Pausanias dicit (III, 16), *καὶ αὐτὸν* (intell. Cleonymum iratum, quod causa ceciderat) *οἱ ἔφοροι καὶ ἄλλοις γέρασι ψυχαγωγοῦντες καὶ ἐπὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐφιστάντες ἄρχοντα παρῆγον, μήποτε πολέμιον γενέσθαι τῇ Σπάρτῃ.* — Hoc fere modo quinquaginta illos annos Diodori a coniectura viri eruditissimi atque ingeniosissimi tuerer, haud irrito labore, ut opinor, pro scripto pugnans contra opinionem, si disertis testimoniis evincere non possem, meam sententiam esse veram. Nunc quum unum

Idque gravissimum habeam argumentum, hoc proferam. — Leonidam Plistarchi patrem, provectiorem ætate aut uxorem duxisse, aut filium genuisse, inde intelligimus, quod Cleombrotus, frater eius minor natu, Pausaniam filium iam triginta annorum habuit anno primo Olympiadis 75, quum Plistarchus non solum hoc anno, sed per totum illud tempus, quod Pausanias deinde vixit, pupillus esset. Si iuvenis uxorem duxit, fieri potuisse, ut seni demum filius nasceretur, negari quidem non potest, sed factum esse non est verisimile; nequaquam autem tum statui potest, quum scimus eum senem uxorem duxisse. Hæc *Gorgo* fuit Cleomenis regis, qui frater fuit Leonidæ, filia, de qua Herodotus in rebus Olympiadis 70 anni primi tradendis hæc dicit lib. V. cap. 51: *παρεστήκει γὰρ δὴ τῷ Κλεομένει ἡ θυγάτηρ, τῇ οὔνομα ἦν Γοργώ· τοῦτο δέ οἱ καὶ μοῦνον τέκνον ἐτύγχανε ἐὸν ἐτέων ὀκτὼ ἢ ἐννέα ἡλικίην;* quæ si octodecim annos nata (conf. Müller. historr. gentt. urbbq. Græc. Vol. III, p. 284 et Aristotelis Polit. lib. VII cap. 16.) Leonidæ nupsit, filiumque post annum alterum peperit, vel si undeviginti annos natam Leonidas duxit, et anno post filium ex ea suscepit, is Olymp. 75. 1 natus fuit novem annos; anno primo Olymp. 78, quo Pausanias interisse dicitur, annum ætatis egit duo et vigesimum, anno secundo Olymp. 80 triginta annos natus regium imperium ipse suscepit, sequenti anno i. e. tertio Olymp. 80 (*νεωστὶ τὴν βασιλείαν παρειληφώς*) decessit, regnumque Plistonacti Pausaniæ filio, nato circiter anno secundo vel tertio Olympiadis 74, reliquit. Qui quum minor etiamtum

Corinthum venisse, regiamque potestatem nactum esse indicare videatur, fortasse haud inconsiderate factum erit, si huic anno hoc caput tribuemus. Diodorus autem hunc annum nominasse videtur *trigesimum Eurysthenis et Proclis Spartæ regnantium*. Nondum enim Müllerus (l. c.) mihi persuasit Diodorum triginta annos ætatis pupillaris horum fratrum geminorum atque regum separatim numerasse, quibus peractis addendos esse duos illos et quadraginta annos regni Eurysthenis. Sed in Diodori computandi ratione plane erravit, quum is falsa potius tradere malit, quam tutori annos regni administrati adscribere; et numqui alius scriptor illud fecerit, equidem valde dubito. [1]) — Sexto loco verba illa ponenda esse videntur, quæ excerpta de virtutibus et vitiis de Aristodemo Malaco Cumarum tyranno suppeditant, ὅτι ἐγένετο τύραννος— καὶ φοβερὸς ἦν τοῖς Κυμαίοις. Hæc enim, ut supra dixi, Bipontini editores recte ad narrationem originis Cumarum retulerunt. Plura sub nomine illius anni, qui fortasse octavus annus Echestrati regis fuit, de rebus Cumanis Diodorus collegisse videtur, unde factum est, ut Aristodemi Malaci, qui Tarquinii Superbi tempore vixit, hoc loco meminerit. Cur Bipontini Cumarum origines apud Diodorum anno 1044 ante Ch. n. tribuerint nescio. Nostro tempore plerique Cumas conditas esse putant circa annum 1050 a. Ch. n. Eusebius (ed. Scalig.) earum originem anno Abrahami 966 adscripsit, qui quum apud illum in annum octavum Echestrati regis

1) vide caput 4.

Lacedæmoniorum incidat, quumque alias multas urbium conditarum temporum definitiones Eusebium e Diodoro sumpsisse cognoverim, ego hunc annum adscripsi, magis de fide quadam scripti servanda, quam de anno ipso, quo Cumæ conditæ sunt, adscribendo sollicitus. — Sic igitur eas libri septimi Bibliothecæ Diodoreæ reliquias, quæ novas illas a Maio inventas antecedunt, ordinandas esse puto. Reliquiarum ipsa verba cum annotationibus nonnullis infra ponam alio capite; quibus prolatis etiam posterioris partis libri septimi reliquiæ, itidem ordinabuntur, ordinata perscribentur et explicabuntur.

Cap. IV.

De ratione annorum ætatis pupillaris regum Spartanorum in annis regiis numerandorum.

Müllerus vir doctissimus, cui quum litteræ artesque liberales et magnus discipulorum numerus multum debeant, tum ego, qui ante hos novem annos Gottingæ eum studiose audivi, plurimum debeo, in libro summæ doctrinæ maximæque utilitatis, qui inscriptus est „historiæ gentium urbiumque Græcarum“ (T. III, p. 502.), ubi de temporum notatione loquitur, „integram,“ ait, „Apollodori „computationem annorum 328 inter Heraclidarum „reditum et primam Olympiadem numeratam nunc „ex Eusebio Armeniaco (p. 166) restitui posse; „inde enim intelligi Olympiadis primæ annum „primum apud Apollodorum incidisse in annum

Cap. V.

Reliquiæ partis prioris libri septimi Bibliothecæ Diodori.

Scribenti mihi ac disputanti de reliquiis libri septimi Bibliothecæ Diodori Siculi non prætermittendum esse duxi, ut reliquias ipsas et quam possem emendatissimas et Græcas omnes proferrem; quare quum eæ, quas Maius Zohrabusque Armeniacas repererunt, Latinasque in medium protulerunt, nondum, quod sciam, in Græcum sint conversæ, ego eas Græcas facere conatus sum. Quod utrum prospere mihi cesserit et Diodorine verba plerumque a me restituta esse videantur, an minus, lectores periti atque intelligentes iudicabunt. Ego sane moleste fero, quod nec Armeniace scio, nec si scirem, pro tenuibus meis fortunis carissimum illum librum comparare possem, quo eum, qui Eusebio operam navare velit, carere posse negat Niebuhrius (scriptt. historr. et philoll. minorr. p. 180): sed etiamsi ita sit, quum Diodorus Græce scripserit, et Eusebii liber, qui reliquias illas Diodori novas suppeditat, Græcus fuerit, nisi Diodorum restituam, tamen multo aptius esse mihi videtur, illa ex Armeniaco in Græcum converti, quam, quod a Maio Zohraboque factum est, in Latinum. Itaque iam periculum faciam et ea interpretabor, quantum sciam poteroque, ut aiunt. præterea hic illic notulas quasdam adiiciam, quibus vel emendationes proponam, vel res explicem, vel

alia quaedam agam quasi praeteriens. Sunt autem reliquiae ipsae haecce.

I. Ex praefatione.

Ἐπειδὴ ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν ἕως ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα δυσχερές ἐστι διορίσαι τοὺς χρόνους, διὰ τὸ τότε μήτ' Ἀθήνησι, μήτ' ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἐνιαυσίους ἄρχοντας εἶναι· ἡμεῖς πρὸς τοῦτο χρησόμεθα τοῖς ἐν Λακεδαίμονι βασιλεύσασιν. Ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα, καθάπερ φησὶν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ἔτη εἰσὶ τη', ὧν π' λογίζονται ἐπὶ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, τὰ λοιπὰ κατέχουσιν οἱ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς Προκλῆς καὶ Εὐρυσθένης καὶ οἱ τούτων ἀπόγονοι.

II. A. I post Troiam captam.

Ὅτι τῆς Τροίας ἀλούσης Αἰνείας μετά τινων καταλαβόμενος μέρος τῆς πόλεως τοὺς ἐπιόντας ἠμύνετο· τῶν δὲ Ἑλλήνων ὑποσπόνδους τούτους ἀφέντων καὶ συγχωρησάντων ἑκάστῳ λαβεῖν, ὅσα δύναιτο τῶν ἰδίων, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄργυρον ἢ χρυσὸν ἤ τινα τῆς ἄλλης πολυτελείας ἔλαβον· Αἰνείας δὲ τὸν πατέρα γεγηρακότα τελείως [1]) ἀράμενος ἐπὶ τοὺς ὤμους ἐξήνεγκεν· ἐφ' ᾧ θαυμασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἔλαβεν ἐξουσίαν πάλιν, ὅ βούλοιτο τῶν οἴκοθεν ἐκλέξασθαι· ἀνελομένου δὲ αὐτοῦ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, πολὺ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι συνέβη τὴν ἀρετὴν, καίπερ ὑπὸ πολεμίων ἐπισημασίας τυγχάνουσαν· ἐφαίνετο γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις πλείστην φροντίδα πεποιημένος

1) multo saepius Diodorus utitur vocabulo τελέως, quod fortasse hoc loco restituendum est.

τῆς τε πρὸς γονεῖς ὁσιότητος, καὶ τῆς πρὸς θεοὺς εὐσεβείας· διόπερ φασὶν αὐτῷ συγχωρηθῆναι μετὰ τῶν ὑπολειφθέντων Τρώων ἐκχωρῆσαι τῆς Τρωάδος μετὰ πάσης ἀσφαλείας καὶ ὅποι [2]) βούλεται.

III. A. III post Troiam captam.

Ἔνιοι [3]) μὲν οὖν τῶν συγγραφέων πλανηθέντες ὑπέλαβον τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον ἐκ τῆς Αἰνείου θυγατρὸς γεννηθέντα κεκτικέναι τὴν Ῥώμην· τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ οὕτως ἔχει, πολλῶν μὲν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τοῦ τε Αἰνείου καὶ Ῥωμύλου γεγονότων βασιλέων, ἐκτισμένης δὲ τῆς πόλεως κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ζ' Ὀλυμπιάδος· [4]) αὕτη γὰρ ἡ κτίσις ὑστερεῖ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι τρισὶ πλείω τῶν υ' καὶ λ'. Αἰνείας γὰρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἐτῶν τριῶν παρελθόντων παρέλαβε τὴν τῶν Λατίνων βασιλείαν, καὶ κατασχὼν τριετῆ χρόνον ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, καὶ τιμῶν ἔτυχεν ἀθανάτων· τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν, τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἄλβα καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέριος ὀνομαζομένου· περὶ δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης Φάβιος, ὁ τὰς Ῥωμαίων πράξεις ἀναγράψας ἄλλως μεμυθολόγηκε· φησὶ γὰρ Αἰνείᾳ γενέσθαι λόγιον

---

2) scripsi ὅποι sententiae causa, in libris est ὅπου. — 3) Maius inscriptione huius capitis, quae est apud Eusebium, „E septimo Diodori libro. De veterum Romanorum „genere“ offensus in annotatione adscripsit „Ita prorsus „interpres arm.“ haud mirum; interpres enim legit, quod est apud Syncellum, fuit apud Eusebium περὶ τῆς ἀρχαιογονίας Ῥωμαίων, non ἀρχαιολογίας, quod primus Maius scripsit. — 4) vide Caput VI.

τετράπουν αὐτῷ καθηγήσασθαι [5]) πρὸς κτίσιν πόλεως· μέλλοντος δ' αὐτοῦ θύειν ὗν ἔγκυον τῷ χρώματι λευκὴν, ἐκφυγεῖν ἐκ τῶν χειρῶν καὶ διωχθῆναι πρός τινα λόφον, πρὸς ᾧ κομισθεῖσαν τεκεῖν λ' χοίρους· τὸν δὲ Αἰνείαν τό τε παράδοξον θαυμάσαντα καὶ τὸ λόγιον ἀνανεούμενον ἐπιχειρῆσαι μὲν οἰκῆσαι [6]) τὸν τόπον, ἰδόντα δὲ κατὰ τὸν ὕπνον ὄψιν ἐναργῶς διακωλύουσαν καὶ συμβουλεύουσαν μετὰ λ' ἔτη κτίζειν, ὅσοσπερ ὁ τῶν τεχθέντων ἀριθμὸς ἦν, ἀποστῆναι τῆς προθέσεως. Αἰνείου δὲ καταστρέψαντος τὸν βίον Ἀσκάνιον υἱὸν βασιλέα γενόμενον τὸν μὲν λόφον οἰκίσαι μετ' ἔτη λ', τὸ δὲ κτίσμα προσαγορευθῆναι μὲν ἀπὸ τοῦ χρώματος τῆς ὑὸς Ἄλβαν (οἱ γὰρ Λατῖνοι τῇ ἰδίᾳ φωνῇ τὸ λευκὸν ἄλβον ὀνομάζουσι), προστεθῆναι δ' ἐπίκλησιν Λόγγαν, οἷον μακρὰν, διὰ τὰ στενωτέραν οὖσαν λίαν εἰς μῆκος ἐκτεταμένην εἶναι. Προστίθησι [7])

---

5) iam scripturus eram me malle scriptum καθηγήσεσθαι, quum idem Maio et ante eum Wesselingio in mentem venisse animadverti. — 6) „οἰκίσαι scriptum fuit," dicit Wesselingius in annotatione, quam huic loco adiecit, „quod solito sibi more librarii mutarunt. Vid. ad L. XV. 66." Cui ego plane assentior. — 7) Maius adscribit „vel Diodorus nimirum, vel apud Diodorum Fabius." Ego, quo saepius haec relego atque cum aliis Eusebii locis, quorum verba apud Georgium Syncellum servata sunt, comparo, eo probabilius mihi videtur esse, quod ab initio opinatus eram, verba „*his subdit*" non esse Diodori, sed Eusebii, et ea, quae sequuntur non oratione obliqua, quam dicunt, sed recta apud ipsum Eusebium relata fuisse. Quod si recte animadverti, hoc modo illa convertenda sunt: πρὸς οἷς ἐπάγει· ὁ δ' Ἀσκάνιος κατέστησε μὲν ἕδος τῆς βασιλείας Ἄλβαν,

δ' Ἀσκάνιον καταστῆσαι μὲν ἕδος τῆς βασιλείας Ἄλβαν, πολλοὺς δ' ἀναστῆσαι τῶν περιοίκων· 8) ἐπιφανῆ δ' ἄνδρα γενόμενον καὶ βασιλεύσαντα ἔτη λη' τελευτῆσαι. Μετὰ τὴν τούτου τελευτὴν τὸ πλῆθος διέστη δυοῖν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς ἀμφισβητούντων· ὁ μὲν γὰρ Ἰούλιος ὁ Ἀσκανίου υἱὸς ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν προσήκειν ἔλεγεν, ὁ δὲ Σιλούϊος ὁ Ἀσκανίου ἀδελφὸς, γενόμενος ἐξ Αἰνείου τε καὶ Σιλουΐας τῆς πάλαι τοῦ Λατίνου γυναικὸς, 9) τῶν αὐτῶν τυγχά-

---

πολλοὺς δ' ἀνέστησε τῶν περιοίκων, γενόμενος δ' ἐπιφανὴς ἀνὴρ καὶ βασιλεύσας ἔτη λη' ἐτελεύτησε. Si quis argumenta huius sententiae requirit, Eusebium capp. XIV et XV p. 37 ss. conferat cum Syncello p. 165 ss. ed. Par. — 8) Latina sunt „multaque circum habitacula subversa," sed adscripsit Maius: „Interpres arm. *habitatores*, sed idem mox utitur verbo eiusmodi *subvertendi*, quod nonnisi de materialibus aedificiis heic adhiberi videtur." — 9) Maius plane scribit in annotatione „ita codex arm. *uxor* non *filia*:" nec negari posse videtur, si reapse in Armeniaco libro scriptum est „et Silvia, quae *olim* fuerat Latini *uxor*," quae sunt verba interpretationis Latinae, interpretem Armenium hoc loco non errasse, sed in Graeco libro, quod ante oculos habuerit, ita scriptum invenisse. Quare iam accurata consideratione dignum esse videtur, a Diodoro Aeneae uxorem non *Launam* sive *Laviniam*, sed *Silviam*, quod et ipsum in Latinorum fabulis est nomen matris Romuli et Remi, non Latini *filiam*, sed *uxorem* nominari, quam igitur Aeneas non spondente Latino, quum primum in Italiam venisset, sed post Latini mortem viduam duxit. Quamquam mirum videri potest, alias Latini uxorem Amatam vocari et aut ante mariti mortem, aut quum primum de eius morte nuntium accepisset vel inedia vel laqueo, certe voluntaria morte vitam finivisse; et, quum iam *Silviae* matri nomen fuerit, multis verbis demonstrari, cur filius

νειν ἠξίου. Τούτῳ μετὰ τὴν Αἰνείου τελευτὴν Ἀσκάνιος ἐπεβούλευσε· διὸ καὶ παῖς ἔτι ὢν ἐξετράφη παρὰ νομέων ἐν νάπῃ, ὅθεν καὶ προσηγορεύθη Σιλούϊος ἀπὸ τοῦ τῆς νάπης ὀνόματος παρὰ Λατίνοις, ἥτις Σιλούα κέκληται. [10]) Τέλος ἐν τῇ στάσει ταύτῃ τῷ τῶν ψήφων πλήθει νικήσας τὴν βασιλείαν Σιλούϊος ἀπέλαβεν, Ἰούλιος δὲ τῆς ἀρχῆς στερηθεὶς τὴν μεγίστην ἱερωσύνην ἀπεδέξατο, ἥτις ἦν τιμὴ δευτέρα μετὰ τὴν βασιλικήν. Ἀπὸ δὲ τούτου φασὶ τὸ γένος τῶν Ἰουλίων μέχρι τοῦ νῦν ἐν Ῥώμῃ γεγονέναι. Σιλούϊος δ' ἄρχων μὲν οὐδὲν ἄξιον μνήμης ἐπετελέσατο, βασιλεύσας δ' ἔτη κθ' [11])

Silvius vocatus sit: unde tandem, quaeras, Silviae nomen natum? — 10) Maius in annotatione affirmat Armenium plane haec praebere: „in monte unde et nomen ei factum Silvius, de nomine montis latinorum, cui Silva nomen erat.“ — 11) Maius ex Armeniaco edidit „post regni annum *quadragesimum nonum.*“ Sed mendum in scriptura esse non solum Dionysius et Eusebius (lib. II), verum etiam numerus omnium regiorum apud Latinos annorum ante Romam conditam, quos esse 433 Diodorus supra dixerat, ostendit. Ego igitur sine ulla dubitatione, praesertim quum propter facilem numerorum commutationem correctio sit evidentissima, reposui κθ', quot annos huic regi Dionysius et Eusebius tribuunt. Atque iisdem auctoribus utar ad emendandos aliquot numeros inferiores; quod audacter facere posse mihi videor, ubi Dionysius cum Eusebio consentit, sive huius librum secundum spectas, sive eam tabulam, quam huic Diodori capiti adiecit. Utrum autem recte Latino annos 51 cum Dionysio adscripserim pro 50 annis, quem numerum Eusebius tuetur, alii iudicent: me, ut hunc annum adderem, coegit accuratissima computatio; quamquam, si reputo simul omnia haec narrata esse, non suo quaeque loco, vix credo defuturos esse, qui negent, tanta diligentia Diodorum cuiusque regni

ἐτελεύτησε. Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Αἰνείας υἱὸς, ᾧ Σιλούϊος ἐπίκλησις ἦν, ἑνὶ πλείω τῶν τρι-

annos perscribere oportuisse, ut ne unum quidem annum in accuratissima computatione tot annorum desideremus. — Nihil est autem in scriptis veterum, quod facilius corrumpi possit, frequentiusque corruptum sit a librariis, quam numeri, sive omnibus litteris scripti sunt, sive tantum notis eis quibus exprimuntur. Huius corruptionis innumerabilia sunt exempla in codicibus scriptis, multa etiamnunc in nostris libris; pauca tantum ego proferam, quae se mihi ultro nunc offerunt. In vitis decem oratorum, quae in Plutarcheis feruntur, secunda est Andocidis; in ea scriptum est ἄρχει δ' αὐτῷ τῆς γενέσεως ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δ' Ἀθήνησι Θεογενίδης, ὥστ' εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἑκατόν; scribendum est aut ἐννέα aut δέκα, ut quisque intelligit. Haud difficilior est correctio numerorum initio vitae Lysiae; ibi scribas, Λύσιας υἱὸς ἦν Κεφάλου τοῦ Λυσανίου τοῦ Κεφάλου, Συρακουσίου μὲν γένος, μεταναστάντος δ' εἰς Ἀθήνας ἐπιθυμίᾳ τε τῆς πόλεως καὶ Περικλέους τοῦ Ξανθίππου πείσαντος αὐτὸν φίλον ὄντα καὶ ξένον, πλούτῳ διαφέροντα (scribitur διαφέρων), ὡς δέ τινες, ἐκπεσόντα — γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ (nisi potius Φρασικλείδην), κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς (perperam addunt καὶ δευτέρας) ὀλυμπιάδος — — ἕως Κλεοκρίτου (scribitur Κλεάρχου) τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντος ἔτη τριάκοντα δύο (scribitur ἑξήκοντα τρία) κ. τ. λ. Apud Dionysium in iudicio de Dinarcho cap. 11. scribendum est κατὰ Θεοδώρου εὐθυντικός· „Ἥκιστα μὲν, ὦ ἄνδρες." πρεσβύ-

ἄκοντα ἐτῶν ἐβασίλευσεν. Ἔπειτα τὴν ἀρχὴν ἀπέλαβε Λατῖνος, ἐπίκλησιν ὁμοίως Σιλούϊος, ἐπ' ἔτη

τερός ἐστι τῆς Δεινάρχου ἡλικίας· εἴρηται γὰρ ἐπὶ Θεοφίλου ἢ (scribitur τῇ) Θεμιστοκλέους ἄρχοντος μετὰ Θέσσαλον ἄρχοντα (scribitur Θέλλον ἀνιόντα) ἐνιαυτῷ τρίτῳ, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ λόγου γίνεται φανερόν· οὔπω πέμπτον καὶ δέκατον (scribitur ὡς δείξομεν) ἔτος ἔχοντος αὐτοῦ. Versus depravatus est, numeris non omnibus litteris sed notis tantum suis scriptis, apud Dicaearchum in descriptione Graeciae, cuius versus 111 ss. apud Gailium, qui Geographos non optime, sed tamen bene edidit, ita scripti sunt: — ἔστι δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος

δισχίλια καὶ πεντακόσιά που σχεδὸν

σταδίων. Gailius in annotatione critica scripsit: „Vulgo δύο καὶ π.“ In annotationibus, quas post finem scripti posuit, haec collecta sunt: „Hic versus mutilus est et „emendandus ad hunc modum, δισχίλιά τε καὶ πεν„τακόσιά που σχεδόν. Nam haec quoque Cretae lon„gitudo traditur apud Scylacem (p. 264) *Meursius* in „Creta p. 8. — In Aug. edit. πεντακόσια. Legendum „omnino χιλίων (id est, δύο καὶ χιλίων); id enim „et versus et rei veritas requirit. Vide Strab. lib. 10, p. „474 (p. 727, Amstel.). *Holsten.* — Vulgo δύο καὶ π., „quod ridiculum est; nostrum Graevius adscripsit, et sic „scriptores apud Strab. p. 727; ubi v. Cas. *Marx.*“ — Sed huic scripturae praestaret Meursiana, metri integritate, nisi faciliorem etiam correctionem preponere possemus. Scriptum fuit β καὶ φ' που σχεδὸν, sicut in Gronovii Scylace est βφ', omissa lineola, quae millia significat, inde δύο illi pro δισχιλίοις orti; verum quum lineolam illam addiderimus, scribentes ͵β καὶ φ', haec non rudi quodam et indocto modo pronuntiabimus,

να.¹²) Οὗτος τοῖς τε κατὰ πόλεμον καὶ τοῖς κατ' εἰρήνην πραχθεῖσιν ἐπιφανὴς ἐγένετο· ὃς καὶ τὰς

sed intelligenter, secundo casu, quod secundus sequitur, σταδίων; sic nascetur: — ἔστι δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος δισχιλίων καὶ πεντακοσίων που σχεδὸν σταδίων κ. τ. λ. — Ibidem, ut alia quaedam huius poetae praeteriens emendem, versus 107 ss. scripti sunt: Ἔστιν δ' ἔπειτα χώρα Μεγαρέων· ἐστί τε ἐντεῦθεν ἀρχὴ τῆς Πελοποννήσου· λιμὴν χυστὸς ὑπόκειται, καὶ Λέχαιον λεγομένη πόλις, ad quos versus hoc adnotamentum scripsit Gailius: „*Casaubonus* mavult χυτός. Cod. χωστός, quod praeferam. *Marx.* Ego vero τὸ χυστὸς libens deleverim; „nam redundat in versu, nec alia vox tolli patitur. Ceterum huic epitheto, si inesset sensus *coeno oppletus*, „illud interpretationis apertum indicium esset. Si χωστός „legerimus, vox innuit aggeres terrae portum tegentes." — Ego aut Casaubonum sequendum esse puto, aut si cui durior illa correptio mediae syllabae nominis Λέχαιον videatur, non χυστὸς eiiciendum, ut vult Gailius, neque enim dicas, opinor, quomodo huc venerit, nisi ab initio scriptum erat, sed πόλις, quo vocabulo opus non est, quodque facillime in versum intrudi poterat. Possis etiam, quum Holstenio „hic Peloponnesi descriptio desiderari" videatur, „quam hoc opusculo comprehendisse se ipse auctor fatetur versu 18," πόλις sequenti versui, qui excidit, adscribere; quod tamen ego non probarim, quia nescimus, quid secutum sit. Praeterea nequaquam ego arbitror inde a verbis ἐστί τε ἐντεῦθεν sermonem de Peloponneso institui, neque enim ea, quae extra Peloponnesum sunt, iam omnia eum recensuisse video, et de Megaride ipsa nihil dum dixit, quare pro Λέχαιον Νίσαια scribendum videtur. Simillimo errore apud Scylacem Μέγαια pro Νίσαια scriptum esse, iam docuit Vossius;

μὲν πλησιοχώρους πόλεις ἀνέστησε, τὰς δ' ἀρχαίας ἐκείνας πόλεις τάς ποτε τῶν Λατίνων καλουμένας

---

hoc autem si scripseris, minus desiderabis articulum, quo aegre caret καὶ Λέχαιον λεγομένη· χυτὸς fortasse fuit κλειστός, qualis Megarensium portus fuisse videtur. Malim igitur: κλειστὸς ὑπόκειται καὶ Νίσαια λεγομένη. Versu 137 et sequenti, haec praebent manuscripti codices: εἶτεν Σέριφος καὶ λιμὴν | ἔπειτα Σίφνος καὶ Κίμωλος ἐχομένη, de quibus verbis hanc Gailius scripsit annotationem: „Scylax habet Σίφνος, „Πάρος, λιμένας ἔχουσα δύο. Nec potest hic Cimo„lus, quam postea inter Sporades refert (sicuti Strabo, „X, p. 742), commodum locum invenire; igitur Πάρος „reponerem. *Marx.* — Marxio libentissime adsentior, „quod ad geographicam veritatem adtinet; imo hic verba „ipsissima Scylacis sunt. Cum τῷ Πάρος vitiatur qui„dem versus; sed illud parum est, nec ita delicatulus est „noster. Ergo tandem Πάρος in textum recepi; minime „enim potuit auctor ob ignorantiam aut incuriam Cimo„lum inter Cycladas numerare, quum mox Sporadibus „ipse adnumeraverit; sin aliter Κίμωλος, ceu auctoris „mendum fortasse reliquissem." — Ita ortus est versus: ἔπειτα Σίφνος καὶ Πάρος ἐχομένη; ad quem vindicandum sane opus erat verbis: „nec ita delicatulus est „noster;" quae ego profecto noluerim scripsisse. Quid, si vidisti „hic verba ipsissima Scylacis esse," cur Scylacem non plane, quoad fieri poterat, retulisti? Scylax scripsit: Κύθνος νῆσος καὶ πόλις, Σέριφος νῆσος καὶ πόλις καὶ λιμήν. Σίφνος. Πάρος λιμένας ἔχουσα δύο, scribendum igitur erat: εἶτεν Σέριφος καὶ λιμὴν | καὶ πόλις, ἔπειτα Σίφνος καὶ Πάρος ἐχομένη. Si quis Scylacem velit deserere, possit scribere: ἔπειτα Σίφνος, εἶτα Μῆλος ἐχομένη; sed illud

ᾠκοδόμησεν ὀκτωκαίδεκα, Τίβουρα, Πραίνεστον, Γαβίους, Τοῦσκλον, Κόραν, Πωμεντίαν, Λανούβιον,

---

praestat. — Versum 141, qui est νεώς τ' Ἀπόλλωνος· εἶτεν ἐχομένη | Μύκονος, refeceris ex Scylace scribens νεώς τ' Ἀπόλλωνος· καὶ δίπολις ἐχομένη Μύκονος κ. τ. λ., vel si scribes: νεώς τ' Ἀπόλλωνος· μετὰ ταύτην ἐχομένη | Μύκονος. — In versibus antea depravatissimis 147 ss, quos Gailius Vossio duce haud male restituit, non dispicio, utrum incuria an consulto Gailius αὐτὴν, quod ipse dicit in Vulg. post κειμένην positum esse, omiserit. Hoc omisso versus laborat, iustoque brevior est, verum non antecedens versus, sed sequens; scribendum enim αὐτὴν· ἀπὸ ταύτης ἔστιν ἀπέχουσ' οὐ πολὺ, | νῆσος Πεπάρηθος κ. τ. λ.; quod sicui non satis placet, scribat Σκίαθον· ἀπὸ ταύτης ἔστιν ἀπέχουσ' οὐ πολύ — ut Marxium non oportuerit scribere: „sed in constituendis his versi„culis, quae hucusque continuate scripti erant, otio potius „abuteris, quam ut quidquam efficias." — Etiam versui 72, qui est ἔπειτα Φωκεῖς ἐκ Λελέγων φερόμενοι facili mutatione subvenias. Adscripsit in annotationibus Casaubonus: „Deest syllaba, ut sit integer senarius: „fortasse πρὶν φερόμενοι: etsi locus est mihi de menda „suspectus. Nam φῦντές ποτε vel nescio quid eiusmodi „scripsisse poeta videtur." Marxius his Casauboni prolatis addit: „nec mihi de hac voce liquet." Gailius autem „Similis est," inquit, „dubitatio Palmerii in Graec. ant. „p. 896. Ceterum non mihi arridet Casauboni ultima „coniectura; nam nusquam dicuntur Phocenses esse a „Lelegibus oriundi, quod ait et vetus interpres; sed re„fert Homeri schol. Ornythum Sisyphi filium, auxilium „Hyantibus iisdem ac Lelegibus praebuisse, et ob bene„ficium adlatum regionem ab eis accepisse, posthac Pho„cidem dictam ex Phoco Ornythi filio. Ego potius legerem



Λάβικον, Σκαπτίαν, Σάτρικον, Ἀρικίαν, Τελλήνας, Κρουστομέριον, Καινίναν, Φρεγέλλας, Καμέριαν, Μεδύλλιαν, Βοΐλον, ἥν τινες Βώλαν ὀνομάζουσι. Τοῦ δὲ Λατίνου τελευτήσαντος ἡρέθη βασιλεὺς ὁ υἱὸς Ἄλβας Σιλούϊος, ὃς ἔτη λθ΄ [13]) τὴν ἀρχὴν κατέσχεν. Ἔπειτ᾽ ἐβασίλευσεν Ἥπυτος [14]) Σιλούϊος ἔτη κς΄. Τούτου δ᾽ ἀποθανόντος τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν Κάπυς κατέσχεν ἔτη κη΄. Ἔπειτα Κάλπετος ὁ υἱὸς ἦρξεν ἔτη ιγ΄. Μετὰ δὲ τοῦτον Τιβέριος Σιλούϊος ἔτη η΄. Οὗτος δ᾽ ἐπὶ Τυῤῥηνοὺς στρατεύσας, περαιούμενος σὺν τῷ στρατεύματι τὸν καλούμενον Ἄλβαν ποταμὸν, ὑπὸ τοῦ ῥεύματος καταποθεὶς ἀπέθανεν· ἀφ᾽ οὗ συνέβη τὸν ποταμὸν μετὰ ταῦτα προσαγορευθῆναι Τίβεριν. Τούτου δὲ μεταστάντος ἐκ τοῦ βίου Λατίνων ἐβασίλευσεν Ἀγρίππας ἔτη μα΄. Τοῦτον δὲ διεδέξατο Ῥωμύ-

---

„ἐχόμενοι, et intelligerem ἐκ Λελέγων, *post praeteritos „Leleges, i. e. post Locros olim Leleges dictos.* Conf. „ad Scymn. v. 89.“ Placent Gailii ea, quae contra Casaubonum dixit, placet verbum ἐχόμενοι in locum verbi φερόμενοι restitutum, sed displicet interpretatio verborum ἐκ Λελέγων et versus non integer. Praepositio ἐκ, quam saepissime in codicibus scriptis cum praepositione εἰς confusam esse constat, hoc loco cum verbo εἰσὶ commutanda esse videtur, ut versus sit: ἔπειτα Φωκεῖς εἰσὶ Λελέγων ἐχόμενοι, quo nec planiorem nec integriorem requires. — 12) In Latinis est L. — 13) In Latinis est „octo et triginta.“ — 14) In Maii interpretatione Latina est „*Epitus*,“ quam scripturam Latinam esse, atque apud Ovidium Metamorph. XIV. 613 et Fast. IV. 44 ex optimorum plurimorumque codicum auctoritate tuendam puto; sed Graece scribitur Ἥπυτος,

λος [15]) Σιλούϊος ἐπ' ἔτη ιθ'. Οὗτος λέγεται παρ' ὅλον τὸν βίον ὑπερήφανος γενόμενος ἡμιλλῆσθαι πρὸς αὐτὸν τὸν Δία περὶ δυνάμεως· ἐνίοτε γὰρ τοῦ θέρους πολλάκις καὶ σφόδρα βροντῶντος αὐτοῦ, τοὺς στρατιώτας ἐκέλευσε ταῖς σπάθαις τύπτειν τὰς ἀσπίδας ὑφ' ἑνὸς συνθήματος, καὶ οὕτως ἔλεγε τὸν παρ' αὐτοῦ γενόμενον ψόφον εἶναι μείζω τῶν βροντῶν· διὸ καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ὑπερηφανίας δίκην ἀπέτισε κεραυνωθεὶς καὶ πανοίκιος ὑπὸ τῆς καλουμένης Ἀλβάνης λίμνης κατακλυσθείς. Καὶ νῦν ἔτι τῶν Ῥωμαίων οἱ παρὰ ταύτην τὴν λίμνην οἰκοῦντες ἐρείπιά τινα δεικνύουσι στύλους ἐξέχοντας τοῦ ὕδατος, οὕπερ ἐν τῷ βύθῳ τὰ βασίλεια ἵδρυτο. Μετὰ τοῦτον αἱρεθεὶς Ἀβέντιος ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ πρὸς τοῖς τριάκοντα. Οὗτος μάχῃ ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων σφόδρα πιεζόμενος εἰς τὸν Ἀβέντιον λόφον κατέφυγεν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ προσηγορεύθη Ἀβέντιος. Τούτου δὲ τελευτήσαντος τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς

---

ut apud Homerum Ἠπυτίδης. — 15) Maius ad Latina in quibus est *Amulius*, hanc scripsit annotationem: „Ita „*Amulius* codex arm. quicum consentit Zonaras Annal. „VII. 1. Graece heic *Romulus*. Ab Eusebio in posteriore „libro in regum tabulis scribitur *Aremulus*." Amulium igitur, si scriptura apud Zonaram integra est Dio Cassius scripsisse videtur, quem ille exscripsit; ac sane ita hunc regem in particula illa, quam e Dione Cassio sumptam Tzetzes ad Lycophr. Cassandr. v. 1232 protulit, appellatum videmus. Ego autem *Romulum* praetuli, quod in Graeco est (Diod. Excerptt. de virtutt. et vitt.), quod Livius hanc scripturam confirmat, quod Ovidius, qui omnium maxime cum Diodoro consentit, nisi quod Aeneam Silvium omittit, hunc Remulum Silvium appellat. —

Πρόκας Σιλούιος κατέσχεν ἐπ' ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι. — Τεθνηκότος δὲ καὶ τούτου ὁ νεώτερος υἱὸς Ἀμούλιος τὴν βασιλείαν ἀδίκως κατέσχεν, ἐπεὶ Νωμίτωρ ὁ πρεσβύτερος ἀδελφὸς, εἰς ὃν ἡ διαδοχὴ τῆς βασιλείας καθῆκεν, ἀπεδήμησεν. Ἐβασίλευσε δ' Ἀμούλιος ὀλίγῳ πλείω χρόνον τῶν μγ' ἐτῶν, [16]) ἕως ὑπὸ Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου τῶν τῆς Ῥώμης κτιστῶν ἀπεσφάγη. [17])

IV. Circiter a. XL post Troiam expugnatam?

Ἐκλήθη Μουνύχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος παραφέρων τὰ Ἑλλανικοῦ, λέγων, ὡς ὅτι Θρᾷκές ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων τὸν Ὀρχομενὸν τὸν Μινύειον τὸν τῆς Βοιωτίας ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν· οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως· ὁ δ' ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν· ὅστις ἐπωνομάσθη τοῦ βασιλέως.

V. Fort. a. XXX post Heraclidarum reditum, sive a. XXX Eurysthenis Proclisque regum.

Τούτων ἡμῖν διευκρινημένων λείπεται περὶ τῆς Κορινθίας καὶ Σικυωνίας εἰπεῖν ὃν τρόπον ὑπὸ Δωριέων κατῳκίσθησαν· τὰ γὰρ κατὰ τὴν Πελοπόννησον ἔθνη σχεδὸν πάντα, πλὴν Ἀρκάδων ἀνάστατα συνέβη γενέσθαι κατὰ τὴν κάθοδον τῶν Ἡρακλειδῶν· οἱ τοίνυν Ἡρακλεῖδαι κατὰ τὴν διαίρεσιν ἐξαίρετον ποιησάμενοι τὴν Κορινθίαν καὶ τὴν ταύτης πλησιόχωρον διεπέμψαντο πρὸς τὸν Ἀλήτην, παραδιδόντες αὐτῷ τὴν προειρημένην χώραν.

---

16) In hoc numero nihil muto, est enim ipse ille annus 43, quo Diodorus a Dionysio differt, quum ille Romam Olymp. 7 anno secundo, hic anno primo conditam esse dicit. — 17) vid. caput VII.

ἐπιφανὴς δὲ ἀνὴρ γενόμενος καὶ τὴν Κόρινθον αὐξήσας ἐβασίλευσεν ἔτη λη΄. μετὰ δὲ τὴν τούτου τελευτὴν ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῶν ἐκγόνων ἐβασίλευσε μέχρι τῆς Κυψέλου τυραννίδος, ἥτις τῆς καθόδου τῶν Ἡρακλειδῶν ὑστερεῖ ἔτεσι υμζ΄. καὶ πρῶτος μὲν παρ᾽ αὐτοῖς διεδέξατο τὴν βασιλείαν Ἰξίων ἔτη λη΄. μεθ᾽ ὃν ἦρξεν Ἀγέλας ἔτη λζ΄. μετὰ δὲ τούτους Πρύμνης ἔτη λε΄, καὶ Βάκχις ὁμοίως τὸν ἴσον χρόνον γενόμενος ἐπιφανέστατος τῶν πρὸ αὐτοῦ. διὸ καὶ συνέβη τοὺς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντας οὐκέτι Ἡρακλείδας ἀλλὰ Βακχίδας προσαγορεύεσθαι. μετὰ τοῦτον Ἀγέλας μὲν ἔτη λ΄, Εὔδημος δὲ ἔτη κε΄, Ἀριστομήδης ε΄ καὶ λ΄. οὗτος δὲ τελευτήσας ἀπέλιπεν υἱὸν Τελέστην παῖδα τὴν ἡλικίαν, οὗ τὴν κατα γένος βασιλείαν ἀφείλατο θεῖος ὢν καὶ ἐπίτροπος Ἀγήμων, ὃς ἦρξεν ἔτη ις΄. μετὰ τοῦτον κατέσχεν Ἀλέξανδρος ἔτη κε΄. Τοῦτον ἀνελὼν Τελέστης ὁ στερηθεὶς τῆς πατρῴας ἀρχῆς ἦρξεν ἔτη ιβ΄. Τούτου δ᾽ ὑπὸ τῶν συγγενῶν ἀναιρεθέντος Αὐτομένης μὲν ἦρξεν ἐνιαυτὸν, οἱ δ᾽ ἀπὸ Ἡρακλέους Βακχίδαι πλείους ὄντες διακοσίων κατέσχον τὴν ἀρχὴν καὶ κοινῇ μὲν προειστήκεισαν τῆς πόλεως ἅπαντες, ἐξ αὐτῶν [18]) δὲ ἕνα κατ᾽ ἐνιαυτὸν ᾑροῦντο πρύτανιν, ὃς τὴν τοῦ βασιλέως εἶχε τάξιν, ἐπὶ ἔτη ϟ΄ μέχρι τῆς Κυψέλου τυραννίδος ὑφ᾽ ἧς κατελύθησαν. —

VI. Fort. a. VIII Echestrati regis.

Ὅτι ἐγένετο τύραννος κατὰ τὴν Κύμην τὴν πόλιν ονομα Μάλακος, ὃς εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς πλήθεσι,

---

18) αὐτῶν apud Syncellum Dindorfii video, αὑτῶν in fragmentis Diodori apud Wesselingium: hoc praeferam.

καὶ τοὺς δυνατωτάτους ἀεὶ διαβάλλων περιεποιή-σατο [19]) τὴν δυναστείαν. καὶ τοὺς μὲν εὐπορωτάτους τῶν πολιτῶν ἀπέσφαξε, τὰς δὲ οὐσίας ἀναλαβὼν μισθοφόρους ἔτρεφε καὶ φοβερὸς ἦν τοῖς Κυμαίοις.

Cap. VI.

De ratione temporum notationis, qua in rebus Romanis usus est Diodorus.

Diodorus Siculus annum primum Olymp. 75, quo Xerxes Græciam bello adortus est, hac notatione temporum definiit lib. XI. cap. 1. Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Σπόριον Κάσσιον καὶ Πρόκλον Οὐεργίνιον Τρίκο-στον, quibus consulibus Wesselingius hanc annotationem adscripsit: „Quos Romanorum Fastos „cum Olympiadum annis Diodorus commiserit, „nonnisi conclusione quadam conficitur. Non re-„spondent Capitolinis, nec Catonianis, nedum „Varronianis. Et his quidem sexennio plerumque „sunt contractiores: quo spatio cum Fasti Fabiani

---

19) ἐ sive augmentum, quod dicunt, a Wesselingio omissum, ego addidi, neque aliter Diodorum scripsisse arbitror. — Praeterea, quum apud Buttmannum Gr. Gr. mai. P. I. p. 344, ubi de augmento loquitur, scriptum animadvertam „verbum ἐκκλησιάζω imperfecto tempore „sine augmento pronuntiari solere, quum Aoristo appo-„natur," lectores ad Xenoph. Hell. V. 3. 16. remitto, ubi, quod scriptum est ἐξεκκλησίαζον, sine dubio scribendum est ἐξεκλησίαζον.

„a Varronianis abierint, haud prorsus a vero ab„ludit, Fabium Pictorem, antiquissimum Romanarum rerum scriptorem, in his sese Diodoro „ducem dedisse. Exemplo res erit apertior. Con„sules Sp. Cassius Viscellinus III et Proculus Vir„ginius Tricostus auspicati sunt annum U. C. „Varronianum CCLXVIII, qui in Fastis Fabianis „CCLXII. Annus ab U. C. Fabianorum annalium „CCLXVIII, iisdem Coss. insignis, respondet „Olymp. LXXV anno 1, cui in Fastis Varronianis „convenit annus a Palilibus CCLXXIV. Hactenus „ergo bene. Verum Diodorus in eo genere non „perseveravit constanter. Ut enim alios in manus „sumsit, quos excerperet, eorundem quoque Fastos „adscivit: usus etiam Fabianorum excerptis non „admodum fidelibus. Hinc illa diversitas, quam „suo quamque loco signabimus. Vide interea D. „Petavium L. IX. D. T. c. 55., et H. Dodwellum „Diss. X. de cycl. sect. 73. Dionysius Catonem „secutus principio L. IX. Ant. Rom. Ol. LXXV „annum 1, quo Athenis Calliades archon fuit, „componit cum Coss. K. Fabio Vibulano II et Sp. „Furio Fuso, qui anno Varroniano CCLXXIII „nomen dederunt.“ Hæc Wesselingius. Niebuhrius autem vir clarissimus p. 299. L. I histor. Rom. „ineptissima ratiocinatione Diodorum usum esse,“ dicit; „quippe qui Polybii rationibus cum Fabii „confusis Olympiades 61 regiis annis tribuerit, „sed eas ab octavæ Olympiadis anno primo dinu„meratas.“ Accuratius idem sed paullo secus lib. II, p. 629 et 630 de chronologia Diodori disputat, in hunc fere modum dicens: „Diodorum in tempo-

„ribus rerum Romanarum comparandis cum Græ-
„corum temporibus Fabio duce uti probabile est
„non solum, quod ex hoc scriptore eum historiam
„Romanam sumpsisse statuendum est, et quod per
„totum librum XI inter Diodori notationem tem-
„porum et Dionysii integra intercedit Olympias,
„quo temporis spatio Catonis æra a Fabiana dista-
„bat, sed quod satis testatum habere licet a Fabio,
„plane ut fit apud Diodorum, eum annum, quo
„primus consul ex plebe creatus est, sive potius
„fuit, duodevicesimum post urbem captam nomi-
„natum esse. Sed discessit a Fabio per totos libros
„XIII et XIV Polybium secutus." — Uterque
igitur Fabium Diodori ducem fuisse putat; nec de
universa ratiocinatione Fabii Niebuhrius in libro
secundo a Wesselingio dissentire videtur, quum
libro primo p. 297 „Fabium ab urbe condita us-
„que ad captam a Gallis 360 annos numerasse,"
dixerit, „ut urbis origo ei incideret in annum
„primum Olymp. octavæ, quod Olymp. 98 anno
„primo Gallos eam cepisse putaret;" quam sen-
tentiam non minus aperte iam p. 280 s. pronuntia-
verat, dicens, „ex Fabii ratiocinatione res Roma-
„nas, quæ gestæ sint ab urbe condita usque ad
„urbem captam, in duas partes dividi, ut altera
„240 annos regios comprehendat, altera 120 an-
„nos, qui post reges exactos numerentur; sive in
„tria temporum spatia decies duodenorum anno-
„rum;" quæ divisio Wesselingii sententiæ de
Fabiana temporum definitione prorsus repugnabat.
Sed in libro secundo p. 629 „Fabium Gallorum
„adventum in urbem anno tertio Olymp. 99 tri-

„buisse" tradit, ex quo mihi quidem sequi videtur, quum urbem conditam esse Olymp. 8 anno primo Fabius dixerit, eundem primum consulatum non anno primo Olymp. 68, sed vel primo anno sequentis Olympiadis vel anno tertio undeseptuagesimæ tribuisse, ut, si ita senserit Niebuhrius, nulla iam inter eum et Wesselingium de hac re intercedat dissensio. Atque hanc meam opinionem affirmant ipsius Niebuhrii verba p. 630, quæ supra iam apposui, ubi, ut probet Diodorum Fabio duce usum esse, illud etiam argumentum affert, quod per totum librum undecimum inter Diodori rationes et inter Dionysii una intercedat Olympias, ut videas Niebuhrium iam non eodem anno a Diodoro et Fabio Tarquinii exactionem scriptam esse atque a Dionysio, sed integra Olympiade post traditam arbitrari. [1]) Sed cum utriusque, et Niebuhrii

1) Nihil de hac sententiae suae mutatione Niebuhrius nos monuit, quamquam mihi quidem non levis quaedam mutatio, sed omnis pontificum chronologiae, quam Niebuhrius primo libro tribus positis temporum spatiis decies duodenorum annorum constituerat, eversio esse videtur. Nam nisi Fabius is fuit, qui regios annos 240 numeravit, quis tandem illud fecit? Polybium quominus dicamus prohibent Ciceronis verba „his regiis quadraginta annis et „ducentis *paullo* cum interregnis fere *amplius* praeteri„tis;" *paullo* enim *amplius* quadraginta et ducentis annis non sunt 240 sed 245, et ab anno primo Olymp. 68, usque ad annum secundum Olymp. 98 numerantur anni 121 non 120, ut Polybio teste nullo modo uti possimus, neque alio ullo; nam ceteri omnes regibus 244 annos tribuunt. Hoc sine dubio Niebuhrius vidit, et propterea nullam explicationem adiecit, quod, quum Fabii annum adventus Gallorum nuperrime demum invenisset, omnia

et Wesselingii sententia pugnant verba capitis Diodori de antiquo genere Romanorum, quod ex Eusebio et Syncello in proximo superiore huius libelli capite

---

illa libri primi, quae hoc invento periclitabantur, summa cura denuo pervestiganda sibi esse animadvertebat, ut totius chronologiae pontificalis ratio aliquo modo cum illo Fabii anno coniungi posset; hoc autem quominus statim faceret, diuturna iam hominum exspectatio impedisse videtur, quae librum secundum efflagitabat, quominus tertio libro haec omnia nobis explicata daret, subita mors prohibuit, qua ereptum nobis litterisque virum praestantissimum lugemus. Ego quae supra disputata sunt, quaeque deinceps proferentur, ante scripseram, quam acerbissimus nuntius ad me perlatus est: transmisissem libellum, si viveret, ut, si placeret, dubitationes meas, quaeque adversus eum dixissem, publice aliquo modo explicaret ac, si errassem, refelleret. Neque valde mihi dubitandum erat, quin id facturus fuisset: ea enim in illo fuisse ferebatur comitas, eaque benevolentia erga litterarum studiosos, ut vel infimorum ingeniorum dubitationes et haesitationes summa sua doctrinae copia adiuvare non dedignaretur. Quamobrem merito non solum ab auditoribus discipulisque suis mire amatus est, sed etiam ab eis, qui tantum eius scripta legerant, quive de eo alios praedicantes audiverant. Et ipse, etsi numquam vidi virum optimum, numquam audivi, numquam ne per litteras quidem collocutus sum, tamen cum quovis acerrimo eius sectatore contendam, non minore me virum summum veneratione semper prosecutum esse, ex quo primum eius scripta cognovissem; quibus non solum incredibilem quandam ingenii magnitudinem pariter ac subtilitatem atque miram omnis doctrinae copiam indicari videbam, sed etiam sanctissimam morum integritatem, summam virtutem, admirabilem humanitatem. Neque vero ille privatae tantum vitae sanctitate doctrinaeque et ingenii laude floruit, sed etiam rei publicae dignitatem multis magnisque meritis piissime tuitus est atque sustentavit et amplificavit, ut sane verissime cum Cicerone nobis liceat

tertio loco protuli, quae sunt: ἐκπισμένης δὲ τῆς πόλεως κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ζ' Ὀλυμπιάδος. Non enim equidem nego multa Diodorum e Fabio sumpsisse, quod si negarem cæcus profecto essem, quum illo ipso capite Fabio eum auctore usum esse videamus; sed nego eundem eum statuisse annum urbis conditae, quem Fabius statuit, quod Polybii numerum ibi legimus non Fabii annum primum Olympiadis octavæ Quum autem perspicuum sit a Polybio eum tam urbis conditæ annum, quam captæ sumpsisse, credibile etiam est eidem anno eum primos consules adscripsisse, cui Polybius adscripsit, non cui Fabius. Neque aliter fecit; nam quum in reliquis Vaticanis Diodori Lucretiæ mortem ante Sybaritarum cladem, Sybarisque ipsius excidium traditam videamus, utramque historiam sub anno quarto Olymp. 67 a Diodoro narratam intelligimus; quod si ita factum est, primi consules fuerunt Diodoro anno primo Olymp. 68, quo eos etiam Polybius refert. Quidquid igitur huius generis a Polybio sumere potuit, id inde sumpsit, sicut in ea parte historiæ quam Polybius scripsit, eum semper Polybio auctore usum esse e reliquiis facile perspicimus.

At, quærat aliquis, quomodo factum est, ut Diodorus eos consules, qui apud Dionysium Halicarnassensem Olymp. 73 anno quarto nomen dederunt, ad annum primum Olymp. 75 retulerit? — Nescio quomodo factum sit, sed si recte statuerunt Wes-

---

exclamare „*Fuit eius mors luctuosa suis, acerba patriae,* „*gravis bonis omnibus*" — cetera meliora ominamur.

selingius Niebuhriusque toto illo tempore usque ad anarchiam Fabii rationes Dionysianis Olympiade integra posteriores fuisse, et si bene perspexit Niebuhrius Diodorum, ut e Fabianis fastis in Polybianos transiret, post annum primum Olymp. 91 quinque annorum magistratus omisisse, utque rediret e Polybianis in Fabianos post annum secundum Olymp. 98, quinque extremorum annorum magistratus iterum retulisse, haud incredibile videtur eum, temporibus regum Romanorum ex Polybii ratiocinatione dinumeratis in consulum annis digerendis Fabianas rationes sequi cœpisse. Præter manifestam illam atque crassam omissionem et repetitionem, unius anni consules prætermissos animadvertimus post annum quartum Olympiadis 75, et contra unum consulatum Q. Minucii Augurini et C. Horatii Pulvilli II (cf. Dionys. X. 26. fast. Capitol. Liv. III. 30.) sub variis nominibus per tres annos primum, secundum, tertium Olymp. 82 ductum; vix igitur dubitandum est, quin simile quid Diodorus fecerit in anno primo post reges exactos vel in Larcii Postumiive aut Valerii dictatura. — Quod autem ad Polybii chronologiam attinet, numquam ea, etiamsi non mutasset sententiam Niebuhrius, ex ipsius computatione cum Fabianis rationibus consentire potuisse videtur. Omittendus fuit unus annus. Niebuhrius enim ipse dixerat Fabium 240 annos regibus tribuere, Polybium 244, sed Polybium numerare ab anno secundo Olymp. 7, Fabium ab anno primo Olymp. 8, unde sequebatur, ut post reges exactos uno anno Polybii computatio Fabii calculos antecederet. Sed erat error in

ratiocinatione. Polybius Romam conditam esse dixit Olymp. 7 anno secundo; sunt sane Palilia extremi anni primi Olymp. 7, sed quum eiusdem sint anni naturalis, hoc in Polybio, qui semper hac computandi ratione utitur, offendere nos non potest; præterea dixit, primos consules Olymp. 68. 1 fœdus cum Carthaginiensibus fecisse, et Gallos urbem cepisse Olymp. 98. 2 (Polyb. I. 6.); ut intelligamus eum regibus Romanis non 244, sed 243 annos tribuere: nam si Olymp. 7 annus secundus numerandus est a tempore verno anni primi usque ad vernum tempus sive hiemem exactam anni secundi, etiam Olymp. 68 annum primum a verno tempore anni quarti Olymp. 67 usque ad hiemem exactam Olymp. 68 anni primi numerari oportet: deinde ab Olymp. 68 anno primo usque ad annum primum Olymp. 98 sunt anni 121 non 120.

Quum hæc exposuerim, ut verba Diodori explicarem, et errorem quendam corrigerem sane levem ac parvum, ea quæ nunc scripturus sum, non ideo tantum mihi non esse prætermittenda putavi, quod in suspicione movenda erga Niebuhrii viri summi calculos versantur, sed etiam, ut, si possem, inducerem aliquem ad Polybii rationes diligentius, quam adhuc factum est, pervestigandas. Niebuhrius igitur p. 268 sqq. et 281 s. Romulo 37, Interregno, quod sequitur, unum, Numæ Pompilio 39, Tullo Hostilio 32, Anco Martio 23, Tarquinio Prisco 38, Servio Tullio reliquos fere annos, qui annum 216 ab U. c. præcedunt, Tarquinio Superbo extremos 25 annos a Polybio tributos esse censet; ut

Numæ extremus annus sit U. c. 77, Anci regnum anno 132 U. c. finiatur, Tarquinius Priscus annum trigesimum octavum regnaverit anno U. c. 170, Servii Tullii ultimus regni annus sit U. c. 215, eique 45 anni tribuantur, primus autem Superbi regis annus dicatur U. c. 216, qui quum 25 annos regnaverit, ultimus eius annus incidit in annum U. c. 240; ad quam opinionem confirmandam partim Ciceronis libris de re publica, partim ingenio suo utitur; p. 298 Ciceronis verba „his regiis quadra„ginta annis et ducentis paullo cum interregnis „fere amplius præteritis" ita interpretatur, ut Polybium singulorum regum annis computatis 240 annos effecisse, atque his *quatuor* annos in interregnis consumptos addidisse dicat; quo in loco oblitus est excipere primum illud annuum interregnum, quod ab ipso Polybio inter Romulum Numamque positum est, quod si non adiunxerit regiis annis, non 240, sed 239 anni conficiuntur; quare tacite illud suo loco numerasse putandus est, et præter hunc interregni annum, quatuor alios in fine temporis regii a Polybio additos existimavisse. Hanc autem ratiocinationem ego probare non possum. Ut omittam, quod supra dixi, non 244, sed 243 annos regibus tribuendos esse, si anno secundo Olympiadis septimæ urbs condita est, et anno primo Olymp. 68 primi Consules fuerunt, Tarquinius Superbus quatuor tantum annos et viginti regnasse plane dicitur a Cicerone. Sic enim loquitur lib. II, cap. 15 de republica: „Quartum iam annum regnante „Lucio Tarquinio Superbo Sybarim et Crotonem „et in eas Italiæ partis Pythagoras venisse reperitur.

„Olympias enim secunda et sexagesima eadem „Superbi regni initium et Pythagoræ declarat ad„ventum.“ Quæ si quis reputabit, facile intelliget, quum eadem secunda et sexagesima Olympiade Superbus et regnum inisse et quartum annum regnasse dicatur, id fieri non posse, nisi si primo anno Olymp. 62 regnum acceperit. Si autem Tarquinius iniit anno primo Olymp. 62, primi consules anno primo Olymp. 68, sex integræ Olympiades intercedunt, quæ sunt 24 annorum, quot Superbi regno Polybium tribuisse puto, quia Scipio est, qui apud Ciceronem numeros illos prodit. Præterea ne Servius quidem annos 45 regnavit, nam 44 annos eius regno tribuit Diodorus (Excerptt. de virtt. et vitt. ed. Wessel. T. II. p. 555. v. 64.), quem cum Polybio consentire Niebuhrius ipse dixerat in libro primo historiæ Romanæ, quod, quum idem in libro secundo dubitare videatur, an recte dixerit, ego verum esse supra satis demonstrasse mihi videor. Si autem his duobus regibus 68 tantum annos tribuimus, ut par est, regii anni cum annuo interregno conficiuntur 238, quem numerum Niebuhrius propter computationis illius rationem comprobare non poterit; si probaret, interregnorum anni præter illum primum alii etiam sex vel quinque ei essent statuendi, neque ii in fine totius temporis regii adiiciendi, ut putabat vir summus, sed suis locis inserendi. Hoc enim fecisse Polybium demonstrat annus, cui Scipio Superbi regni initium adscribit apud Ciceronem, nimirum primus Olymp. 62, cuius loco Olympias sexagesima, vel sexagesima prima dicenda fuisset, si Niebuhrii sententia rata esset.

Tum vero, si quinque annos interregnorum inseremus (nam sextum cum anno regio quarto supra quadragesimum et ducentesimum prorsus repudio, qui si admitteretur, etiam magis omnia perturbaret) non solum inter Romuli Numæque regnum, sed post singulorum regum annos annua interregna statuenda erunt excepto uno Tarquinio Superbo, quem quum ab Olymp. 62 regnasse, consulesque primos fuisse Olymp. 68 anno primo scripsisse videatur Polybius, si viginti quatuor annos regnavit, post eum locus non est interregno. Quis autem credat, quod semel factum a veteribus memoriæ proditum est, ut annuum esset interregnum, id sexies sive potius *semper* accidisse? Quid si potius idoneis argumentis demonstrare possumus, ipsum Polybium, si quidem eius narrationem Cicero libro secundo, quem scripsit de republica, retulit, ut retulisse videtur, non modo tot annua, sed ne tot quidem interregna statuisse? Nam sane Tullum Hostilium interrege populum rogante creatum esse regem video, quum Scipio apud Ciceronem (de republ. lib. II. cap. 17) ita disputet: „Mortuo rege „Pompilio Tullum Hostilium populus regem, inter„rege rogante comitiis curiatis creavit; isque de „imperio suo exemplo Pompili populum consuluit „curiatim.“ *exemplo Pompili* ait; nam Pompilius (conf. cap. 13 eiusdem libri), ut Romam venit, quamquam populus curiatis eum comitiis regem esse iusserat, tamen ipse de suo imperio curiatam legem tulit. Et eodem modo interregibus rogantibus a populo creati esse putandi sunt Ancus Marcius et Tarquinius Priscus, de quibus Scipio (cap. 18).

ita loquitur: „Post eum“ (intellige Hostilium) „Numæ Pompili nepos ex filia rex a populo est „Ancus Marcius constitutus, idemque de imperio „suo legem curiatam tulit;“ et (cap. 20) „Itaque „mortuo Marcio cunctis populi suffragiis rex est „creatus L. Tarquinius — isque de suo imperio „legem tulit etc.“ Sed de Servio longe aliter; ita enim dicit (cap. 21) „Nam post eum Servius „Tullius *primus iniussu populi* regnavisse traditur „— Sed quum Tarquinius insidiis Anci filiorum „interisset, Serviusque, ut ante dixi, regnare cœ„pisset non iussu sed voluntate atque concessu ci„vium, quod, quum Tarquinius ex vulnere æger „fuisse et vivere falso diceretur, ille regio ornatu „ius dixisset, obæratosque pecunia sua liberavisset, „multaque comitate usus iussu Tarquinii se ius „dicere probavisset: *non commisit se patribus:* sed „Tarquinio sepulto, populum de se ipse consuluit, „iussusque regnare legem de imperio suo curiatam „tulit.“

In quibus verbis, quod dicit „*non commisit se* „*patribus*,“ *non passus est* dicit *rem redire ad interregnum*, sed quum de ceteris, quos creaturi erant, interreges populum rogassent; hic populum de se ipse consuluit. Atque in hac re non solum Polybiana narratione, quæ est apud Ciceronem, mihi licet uti teste, sed ipso Niebuhrio, qui in his rebus referendis potissimum eodem illo Ciceronis libro usus est (histor. Rom. lib. I. p. 405.). Huius idem testimonio sive narratione nitor, quum inter Servii et Superbi regna interregnum intercedere nego. Hæc enim historiæ pars apud Ciceronem

excidit, sed eodem modo hæc Polybium, quo ceteros scriptores narravisse putare videtur Niebuhrius (conf. histor. Rom. lib. I p. 408 seqq.). Tarquinius Superbus quum Servium regno depulsum interfecisset, regem se ipse fecit, rex ab uxore primum salutatus est, nullo interrege et a nemine creatus, si quidem recte eum, quem suæ tantum factionis patres, ceteris metu pavidis neque adversantibus, in curia regem appellarunt, regem creatum esse nego. — Restant igitur post primum interregnum, quod annuum fuisse inter omnes constat, tria tantum interregna, quibus quinque anni assignantur. Hoc autem ferri iam non posse videtur, si quis dicat, reliqua interregna maiora annuis, maiora primo illo fuisse, de quo tam multa omnes dixerunt, quum cetera vix, plerique ne vix quidem commemorarint. Quare iam videndum est, quomodo Tarquinii Superbi 24 anni et 44 Servii Tullii regis cum illa computandi ratione coniungi possint, neque enim hunc posteriorem numerum mutare licebit, quum in eo fere omnes consentiant, et ii, qui non consentiunt, ipsa discrepantia ostendant, se quoque eundem numerum tueri.

Cap. VII.

De regibus Albanis.

Diodorus particula illa libri septimi Bibliothecæ suæ, quam ex Eusebio Syncelloque, qui eam servaverant, capite quinto huius libelli protuli, tabulam

quandam regum Albanorum edidit, haud multum discrepantem ab eis, quas a ceteris scriptoribus Graecis et Romanis, qui hos reges in historiis suis recensuerunt, propositas videmus. Ea me admonet, ut quaedam de Niebuhrii viri summi sententia iniquissima his regibus sive potius eorum nominibus hoc loco disputem. Iniquissimam autem eam dico, non quod reprehendam Niebuhrium, qui dubitet, num umquam illi reges fuerint, sed quod infelices eos esse puto, qui, quum tamdiu intacti incolumesque in historiis vixerint steterintque, nunc primum ab acerrimo vehementissimoque omnium eiusmodi rerum exagitatore ex serie verorum regum miserrime sint exturbati. Non igitur hoc eius sententiae impugno, sed antiquiorem illam tabulam esse puto, quam existimat Niebuhrius. Quare quibus argumentis eius opinio refelli posse videatur, mihi hoc loco exponendum esse duxi, non ut magnum quendam errorem refutarem, sed ne, si vel levissimum corrigere posse mihi viderer, eum tanquam veram quandam ac satis firmatam viri ingeniosissimi sententiam inveterascere et alios in posterum implicare sinerem.

Omnem igitur illam regum Albanorum seriem non esse antiquam, sed *ab Alexandro Polyhistore* historiae Romanae inculcatam videri Niebuhrius ait vir doctissimus (histor. Rom. Vol. I. p. 226 seq.). „Nominum enim indices tantulum inter se differre, „ut ex pluribus scriptoribus antiquis desumpti esse „non videantur; annis regiis computatis tam accu„rate numerum illum annorum, quem Graeci chro„nologi tempori inter Troiam captam et annum

„primum vel secundum Olympiadis septimæ tri„buant, confici, ut inde iam perspicuum sit, quam „sero illa in historiam Romanam inducta sint. No„mina ipsa, quorum nonnulla sane a maioribus „tradita esse videantur, partim non esse Latina, „partim Latina quidem, sed aut ex posteriore „tempore repetita, aut a locis quibusdam translata „in reges fabulosos." Ego vero, quamquam, ut supra dixi, ne ipse quidem fidei historicæ illius indicis multum tribuo, tamen Alexandrum Polyhistorem eius auctorem esse non credo; neque enim hoc ex Servii verbis, unde Niebuhrius concludit, efficitur. Sunt autem hæc (ad Virg. Aen. lib. VIII v. 330): „Tybris Thuscorum rex fuit, qui iuxta „hunc fluvium pugnans cecidit, et ei nomen impo„suit — Alii Tyberim Iani et Camesenæ filium ibi „in bello periisse tradunt. Varro Tyberim a Ty„berino quodam rege Latinorum, quod ibi inter„ierit dictum tradit. Alii —: nam quod Livius „dicit ab Albano rege Tyberino Tybrin dictum, „non procedit; ideo, quia etiam ante Albam Tybris „dictus invenitur. Sed *hic Alexandrum sequitur*, „qui dicit Tyberinum Capeti filium venantem in „hunc fluvium cecidisse et fluvio nomen dedisse: „nam et a Pontificibus indigitari solet." Ex quibus verbis postrema „Sed — solet," quamquam in multis codicibus non inveniuntur, tamen propter id, quod traditur, Servii esse puto. Sed cur Livius ex Alexandro Polyhistore totam illam regum Albanorum seriem sumpsisse intelligendus sit, quum Servius dicat fabulam illam de Tyberino rege Albano in Albula flumine demerso, indeque mutato

fluminis nomine a Livio ex Alexandro Polyhistore desumptam esse, id quidem ego non dispicio. Nam quod Alexander Tiberinum illum Capeti filium appellat, inde nequaquam mihi videtur concludi posse Alexandrum illo loco Albanos reges percensuisse, sed tantum eum fabulam illam tradidisse, quam ubi ipse legerit, ibi Tiberinum quoque Capeti filium appellatum fuisse. Scriptor ille qui libellum de origine gentis Romanæ composuit, Cincium et Lutatium eandem fabulam narrasse tradit, sed Alexander e Græco quodam scriptore sua hausisse videtur. Cincium Lutatiumque secutus est Dionysius Halicarnassensis, qui Tiberinum in prœlio ad Albulam fluvium cecidisse atque a fluctibus abreptum esse dicit; paullo aliter Diodorus. Uterque si in nominibus enumerandis Sullæ libertum secutus esset, in causa mortis prodenda Tiberini ab eo non dissentiret. Livius nihil de prœlio, nihil de bello Etrusco, in traiectu fluminis demersum perisse dicit, unde factum est, ut Servio cum Alexandro, qui venantem in Albulam cecidisse tradit, consentire videretur. — At regiorum annorum numerus par est spatio illo temporis in Eratosthenis canone, quod est inter Troiam captam et Romam conditam. — Ita est; verum audiamus Dionysium, qui lib. I cap. 74 antiquitatum Romanarum hæc scripsit: *Κάτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον· ἐπιμελὴς δὲ γενόμενος, εἰ καί τις ἄλλος εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογρα-*

φλαις κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης ὀλυμπιάδος. Quid igitur Cato, si Albanorum regum seriem cum regni cuiusque annis memoriæ tradidit in Originibus suis, quid fecisse putandus est? Nonne eodem spatio temporis illorum regna ei erant includenda, quod inter Troiæ expugnationem et urbis primordia eum posuisse videmus? Ante Alexandrum Polyhistorem reges Albanos commemoratos esse Aeneam, Ascanium, Silvium, Latinum, Tiberinum, Romulum, Aventinum, Procam, Amulium, Numitorem, tum e libello de origine gentis Romanæ, in quo multi multorum scriptorum veterum loci sunt repetiti, et e Servio, qui et ipse sæpe veteres auctores inducit, tum e rerum gestarum nominumque ipsorum natura perspicuum esse videtur. Neque hoc negabit Niebuhrius, nam eosdem, ut opinor, intellexit, quum diceret, „*singula* „*quædam nomina* in fabulis antiquis tradita esse, „indeque circumferri videri" (histor. Rom. Vol. I p. 226).

Attamen Aeneas Silvius, Alba, Epitus, Capys, Calpetus, Agrippa num antiquiores sint, quam Alexandri scripta, id quidem non sine caussa in dubium revocandum esse videtur. Præter Albam et Agrippam sunt nomina Troiana; hæc igitur Alexander ceteris inseruisse, et ita illam seriem confecisse videtur, quæ post eum in libris historicis obtinuit. — Ego non arbitror. Sunt verba Ciceronis e libro, qui Brutus inscriptus est, hæcce (cap. 16.): „Nec „vero habeo quemquam antiquiorem, cuius quidem „scripta proferenda putem, nisi quem Appi Cæci „oratio hæc ipsa de Pyrrho et nonnullæ mortuorum

„laudationes forte delectant. Et hercules hæ qui-
„dem exstant; ipsæ enim familiæ sua quasi orna-
„menta ac monumenta servabant, et ad usum, si
„quis eiusdem generis occidisset, et ad memoriam
„laudum domesticarum et ad illustrandam nobili-
„tatem suam. Quamquam his laudationibus historia
„rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim
„scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi
„triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa,
„et a plebe transitiones, quum homines humiliores
„in alienum eiusdem nominis infunderentur genus:
„ut si ego me a M'. Tullio esse dicerem, qui patri-
„cius cum Servio Sulpicio consul anno X post ex-
„actos reges fuit." Hinc iam cerni licet, quam antiquus sit apud Romanos mos stemmata faciendi et corrumpendi. Quis autem nescit C. Iulium, quæstorem, in laudatione funebri amitæ suæ ita locutum esse (Suet. Iul. Cæs. cap. 6): „Amitæ
„meæ, Iuliæ, maternum genus ab *regibus* ortum,
„paternum cum *Diis immortalibus* coniunctum est.
„Nam ab *Anco Marcio* sunt *Marcii Reges*, quo
„nomine fuit mater: a *Venere Iulii*, cuius gentis
„familia est nostra." Quæ recte retulit Velleius (lib II. cap. 41) dicens: „Hic nobilissima Iulio-
„rum genitus familia et quod inter omnes antiquis-
„simos constabat, ab Anchise ac Venere deducens
„genus" etc.; ubi neque Acidalius audiendus, nec Lipsius, nec Ruhnkenius, qui „et quod inter omnes „constat" (vel „constabat) antiquissima" scriptum malunt; sed si quid omnino mutandum, „*constat*" tantum pro „*constabat*" ponendum est; nam reapse antiquissimos hanc laudem Iuliæ familiæ tribuisse

testatur, qui libellum de origine gentis Romanæ scripsit, his verbis (cap. 15): „Igitur Latini „Ascanium ob insignem virtutem non solum Iove „ortum crediderunt, sed etiam per deminutionem „declinato paullulum nomine primo Iovulum“ (ita ego scribo pro „Iobum,“ quod est in libro Gruneriano, quo utor), „dein postea Iulum appellarunt „a quo Iulia familia manavit; ut scribunt Cæsar „lib. II et *Cato in Originibus.*“ Iulii igitur iam Catonis ætate genus suum ab Ascanio deducebant: neque quisquam, opinor, dubitabit, quin hoc ipso tempore eorundem Albanorum regum nomina in stemmate Iuliæ gentis, quin eorundem imagines in Iuliorum atriis positæ fuerint, quos longo agmine in Drusi Tib. F. funere ductos esse legimus apud Tacitum Annall. lib. IV cap. 9. Præterea Virgilius doctissimus poeta, quem sane ordinem quidem rerum gestarum ad Aeneam ornandum invertisse, Mezentiique et Turni cædes dissentiente omni antiquitate ante Latini mortem posuisse concedam, si quis postulaverit, neque tamen umquam adduci potero, ut nulla re coactum Albanos quosdam reges, quorum nemo ante fraudem Alexandri Polyhistoris mentionem fecerit, commemorasse credam, hic ipse Aen. lib. VI. v. 756 seqq. non solum Aeneam Silvium, sed etiam Capym in regibus Albanis nominat: utrumque igitur in historiæ monumentis vetustioribus invenisse videtur. Quod etiam magis Servius affirmat, hoc adnotamento ad versum 770 explicandum scripto: „*Si umquam* „*regnandam acceperit Albam*) Aeneas scilicet „Sylvius. Et hic ostendit, omnes Albanos reges

„Sylvios dictos. Recepit autem a tutore, qui eius „invasit imperium; quod ei vix anno quinquage„simo tertio restituit. Et rem plenam historiæ per „transitum tetigit." His enim verbis Servius non solum ostendit, esse quædam, quæ de Aenea Silvio tradantur, diversa ab eis, quæ Dionysius et Livius protulerunt, sed etiam antiquiora ea esse Virgilio, Dionysio, Livio. Quodsi in eo rege, cuius nomen tantum apud Romanæ historiæ auctoribus, quorum scripta ad nos pervenerunt, reperitur, tale quid nobis occurrerit, quale est illud Servii „et rem „plenam historiæ per transitum tetigit," quid, quæso, de reliqua regum Albanorum historia iudicabimus, quam nobis Dionysius, Diodorus, Livius tradiderunt? Non, nobis quidem nomina tantum eos dedisse, omnibus rebus gestis destituta, ipsos vero multo plura apud veteres scriptores narrata repperisse? — Neque hanc meam sententiam Niebuhrii sententia [1]) de illo Servii loco, si vera esset, infringeret: nam nomine regis mutato, res ipsa, quæ una maximi est momenti, non mutatur. Sed ne veram quidem esse arbitror. Quamvis enim speciosa sit illa opinio, quæ Niebuhrium induxit, ut Servium hoc loco errasse putaret, incredibile est Servium hoc loco errasse. Omnium ille negligentissimus fuisset, si Aeneae Silvio tribuisset,

1) Niebuhrius enim histor. Rom. Vol. I. p. 228 cum annot. 580 Silvio tres illos annos et quinquaginta tribuit, quos Servius Aeneae Silvio. nam perspicuum videri hoc loco id, quod fictum esset, ut alteri tribueretur, in alterum translatum esse: hunc præterea apud Ovidium omnino non co[illegible].

quod primo Silvio tribuendum erat, de quo vix finem fecerat dicendi. Neque hæc negligentia ita excusari posse videtur, ut dicamus ab Ovidio, qui reliquos omnes reges Albanos bis [2]) enumerarit, hunc Aeneam Silvium non esse nominatum. Nihil enim illud ad rem, quos, quotve reges Albanos Ovidius enumerarit, neque illud, omiserintne aliquot veteres historici Aeneam Silvium, sed hoc ad rem, quos hoc loco Virgilius, quos Servius reges nominarit; qui quum omnibus litteris Aeneam Silvium scripserint, haud dubium videtur, quin nisi ingenti Servius fuit negligentia, errare non potuerit. Præterea, quid Virgilium, si Servii interpretationem reiecerimus, illis verbis „Si umquam „regnandam acceperit Albam“ significare voluisse dicemus? an ipsum in eodem errore fuisse, quo Servium teneri arbitramur? Possit sane, opinor, hoc alicui in mentem venire, ut ita opinionem illam defendat. At quam inepte! Virgilium errasse non in rebus vetustissimis reconditæque doctrinæ, sed quas Alexander, Sullæ libertus, sexaginta annis ante confecisset, sive potius ementitus esset. Quis hoc credat? Si autem Alexandro vetustior est numerus ille quinquaginta trium annorum, nonne is unus tantum fuit ex integra quadam serie annorum, quos certis quibusdam regibus Albanis antiquitas tribuerat? Quid igitur Alexandro nova regum tabula opus erat? — Suffragarent sane Niebuhrii sententiæ numeri illi, quos in annotatione Servii

2) Metamorph. lib. XIV. v. 609 ss. et Fast. lib. IV. v. 37 seqq.

ad Virgilii Aen. lib. VI v. 767 invenimus, nisi apud utrumque et Virgilium et Servium *Aeneas Silvius* scriptus esset. non enim duodecimus Procas, sed tertius decimus, non sextus Capys, sed septimus, non tertius decimus Numitor, sed, si proximus post Procam, quartus decimus est e Diodori, Dionysii, Livii regum Albanorum tabulis. neque hoc ita explicare possumus, ut dicamus ab Silvio primo Albam conditam videri, nam id ipsum modo negarat Servius ad vers. 760: quare alia ratio explicandi quærenda est, quam fortasse in albo regum Appiani apud Photium p. 23 H. reppererimus. Hic enim Epitum Diodori, qui est Calpetus Dionysio, Livio Atys, plane omittit, atque hoc eum non errore inductum fecisse, ostendit ipsum illud varium nomen hominis. Itaque iam si eundem a Servio non esse numeratum dicimus, hæc quoque difficultas explicata est.

Demonstravimus igitur Catonis ætate Iulios genus suum ab Albanis regibus deduxisse, atque inde verisimile esse tum nomina illorum regum omnia seu vera seu ficta historiæ monumentis consignata fuisse; ostendimus, si omnium regiorum annorum numerus par sit spatio illo annorum, quod apud Eratosthenem inter Troiæ expugnationem et annum primum vel secundum Olympiadis septimæ intercedit, id inde factum esse, quod spatium illud e Catonis rationibus desumptum sit, qui Græca quidem tempora non definierit, sed illum ipsum annorum numerum prodiderit; Servii denique ipsis verbis prolatis probasse nobis videmur ne uno quidem certo firmoque fundamento Niebuhrii, viri

summi, coniecturam niti, quum nusquam ille dixerit Alexandrum Polyhistorem Livio totum album regum Albanorum suppeditasse; quare iam, quum suspicionem illam, quam Niebuhrius e nominum ipsorum natura movere voluit, quamque supra breviter attigimus, removeri non opus sit, hanc disputationem finiamus; neque enim vera esse illa nomina regum Albanorum, et regnasse reapse illos homines Albæ, aut ego, aut quisquam alius mentis compos nostro tempore ausit affirmare.

Sed tamen, quem disputationis, non eundem etiam capitis huius finem facturus sum; venit enim in mentem annotationis cuiusdam Servii, quam supra citavi, qua quædam Niebuhrii tum illustrari, tum merito in dubium vocari posse videntur. Proponam igitur hoc loco fere totam illam Servii annotationem, deque ea et de Niebuhrii opinionibus quibusdam deinde nonnulla disputabo. Est autem annotatio hæcce: „*Ille, vides, pura iuvenis qui* „*nititur hasta.*) Aeneas, ut Cato dicit, simulac „venit ad Italiam, Laviniam accepit uxorem, „propter quod Turnus iratus tam in Latinum, „quam in Aeneam bella suscepit a Mezentio impe- „tratis auxiliis. Quod et ipse ostendit dicens VII, „476. *Se satis ambobus Teucrisque venire La-* „*tinisque.* Sed ut supra IV, 620“ (ita scribendum pro 610, quod est in libro Burmanniano) „diximus, primo bello periit Latinus, secundo „pariter Turnus et Aeneas, postea Mezentium „interemit Ascanius, et Laurolavinium tenuit: „cuius Lavinia timens insidias, gravida confugit „ad sylvas, et latuit in casa pastoris Tyrrhi. Ad

„quod alludens ait VII, 485: *Tyrrhusque pater,* „*cui regia parent* | *Armenta.* Et illic enixa est „Sylvium. Sed quum Ascanius flagraret invidia, „evocavit novercam et ei concessit Laurolavinium; „sibi vero Albam constituit. Qui quoniam sine „liberis periit, Sylvio, qui et ipse Ascanius dictus „est, suum reliquit imperium. Unde apud Livium „I. 3. error est, qui Ascanius Albam condiderit. „Postea Albani omnes reges Sylvii dicti sunt, ab „huius nomine etc." — Hæc Servius, in quibus, quæ de errore apud Livium, qui Ascanius Albam condiderit, dixit, ipse erravit vir bonus, ut cuique apud Livium ipsi videre licet. Neque enim Livius alterum ex Ascaniis, Aeneæ successorem, eundem eum Silvio facit, sed Silvii primi patrem, Aeneæ filium e Lavinia; unde sequitur Livium ambigere non utrum Silvium quendam an Ascanium Albæ conditorem nominet, sed utrum Ascanium Aeneæ filium ex Creusa, an illum Ascanium, quem ei Lavinia peperisse narratur. Hoc loco id quoque animadvertendum videtur, neminem usquam scriptorem Græcum aut Latinum Albam ab Silvio quodam conditam esse tradere, sed omnes in Ascanio conditore concinere; quod Niebuhrii caussa dico, qui histor. Rom. Vol. I. p. 229 Silvium a Latinis Albæ conditorem habitum esse opinatur. — Præterea prima Servii verba ideo adscribenda esse duxi, quod particulam Originum Catonis continent; huic addo alterum Servii locum, ubi eadem ex eiusdem Catonis Originibus traduntur, quemque Niebuhrius, pace tanti viri dixerim, in suum usum invertit. est annotatio ad IX. 745, quam totam describo:

„*Vulnus Saturnia Iuno* | *Detorsit veniens*) Vul„nus veniens, i. e. ictum, quo vulnerari debuit. „Plerique, sed non idonei commentatores dicunt, „hoc loco occisum Turnum; sed caussa œconomiæ „gloriam a Poeta Aeneæ esse servatam: quod falsum „est: nam si veritatem historiæ requiras, primo „prælio interemptus Latinus est in arce: inde ubi „Turnus Aeneam vidit superiorem, Mezentii im„ploravit auxilium: secundo prælio Turnus occisus „est; et nihilominus Aeneas postea non comparuit: „tertio prælio Mezentium occidit Ascanius. Hoc „Livius I. 2 dicit et Cato in Originibus.“ Ex hac comparatione Livii et Catonis intelligere licet, ea verba, quæ Niebuhrius exscripsit, „nam si veri„tatem — in arce“ non ita esse capienda, ut reliquæ duæ Servii particulæ, in quibus Catonis harum rerum narrationem tradit, quasque ex Servio Niebuhrius protulit (histor. Rom. Vol. I. p. 214 seq.), sed ut ea, quæ modo ex annotatione ad Aen. lib. VI. v. 760 adscripsi. Neque dubitari posse, quin apud Catonem hæc reapse narrata fuerint, tertius locus argumento est, quem e libello de origine gentis Romanæ verbis ipsis ita describo: „At Cato „in Origine generis Romani ita docet: — Igitur „Latinum Aboriginum regem, quum ei nunciatum „esset, multitudinem advenarum classe advectam „occupavisse agrum Laurentem, adversum subitos „inopinatosque hostes incunctanter suas copias edu„xisse; ac priusquam signum dimicandi daret, ani„madvertisse Troianos militariter instructos, quum „sui lapidibus ac sudibus armati, tum etiam veste „aut pellibus, quæ eis integumento erant, sinistris

„manibus involutis, processissent. Itaque suspenso „certamine per colloquium inquisito, qui essent, „quidve peterent, utpote qui in hoc consilium „auctoritate numinum cogebatur; namque extis ac „somniis saepe admonitus erat, tutiorem se adver„sum hostes fore, si copias suas cum advenis con„iunxisset. Cumque cognovisset, Aeneam et An„chisen, bello patria pulsos cum simulacris Deorum „errantes, sedem quaerere, amicitiam foedere inisse, „dato invicem iureiurando, ut communes quoque „hostes amicosve haberent. Itaque coeptum a Troia„nis muniri locum, quem Aeneas ex nomine uxoris „suae, Latini regis filia, quae iam ante desponsata „Turno Herdonio fuerat, Lavinium cognominavit. „At vero Amatam Latini regis uxorem cum indigne „ferret, Laviniam, repudiato Turno consobrino „suo, Troiano advenae collocatam, Turnum ad arma „concitavisse; eumque mox, coacto Rutulorum „exercitu, tetendisse in agrum Laurentem, et ad„versus eum Latinum pariter cum Aenea progres„sum inter proeliantes circumventum occisumque." Hactenus Catonis est narratio, sicuti eam libelli illius scriptor retulit; reliqua Lutatii esse videntur. — Hos autem tres locos collegi, ut perspicuum esset, non uno modo has res in Catonis Originibus narratas fuisse, quod ii, qui Niebuhrii historiae Romanae voluminis primi paginam 214 et sequentem legerint, credere possint falsa specie inducti. — In ipsa illa narratione, quam Niebuhrius retulit, nuptiis illis post Latini caedem opus esse non arbitror, neque enim quicquam obstare video, quominus non ea, quae nunc cuiquam forte in mentem

veniant, sed ea, quæ ab aliis traduntur, etiam hoc loco a Catone in Originibus narrata videantur. Si ante prœlium Latinus Aeneæ agri Laurentis partem concesserat, fieri quoque potest, ut ante prœlium eidem filiam suam in matrimonium collocarit.

Cap. VIII.

De ordine, quo a Diodoro posterior pars reliquiarum libri septimi Bibliothecæ posita fuerit.

Ordinatis supra capite tertio huius libelli eis particulis libri septimi Bibliothecæ historicæ Diodori Siculi, quæ novas in Vaticano codice a Maio inventas reliquias præcedunt, iam reliquas omnes illius libri partes, quæ ad nos pervenerunt digerendi hoc capite periculum faciam. Atque hoc loco primum illud definiendum videtur, ubi finis huius libri, sive initium sequentis fuisse statuendum sit. Non enim exstant eiusmodi reliquiæ horum quinque librorum posteriorum primæ decadis, quales sunt Eclogæ illæ, quas dicunt, sex primorum librorum tertiæ decadis, quas qui e Diodori Bibliotheca excerpsit, librorum numeros adscripsit. Coniectura Diodori partitio nobis investiganda est; qua Bipontinos quoque editores in hac re egisse videmus. Si tamen pugnantia evenerint, rationes nostrum utriusque spectent lectores intelligentes et docti atque his diligenter consideratis iudicent, utra sententia probabilior videatur.

Bipontinis igitur aut a Remi Romulique anno natali, aut, quod verisimilius videtur, ab Romæ urbis ortu libri octavi initium facere placuit. Nam ante caput illud, quod in titulo, quem dicunt, de virtutibus et vitiis servatum est, quod incipit verbis Ὅτι τούτων ἐκτεθέντων (apud Wesseling. Tom. II p. 547 v. 92 seqq.) inscriptionem posuerunt hanc: „*forte e libro VIII*,“ addideruntque in ima pagina hoc adnotamentum: „Apud Syncellum quidem „Chronograph. p. 155“ [ed. Venet.] „fragmentum „de Roma condita, paullo post apponendum e libro „VII laudatur; sed solet Diodorus libros ordiri a „nobiliore aliquo evento.“ Quod paullo post se apposituros dicunt, est caput illud libri VII, cuius prima verba sunt: ἔνιοι μὲν οὖν τῶν συγγραφέων πλανηθέντες ὑπέλαβον, de quo supra cap. III diximus. In ora paginæ capiti, quod est de Romulo Remoque expositis, adscripserunt: „Ol. I. 2. ante „Ch. n. 775,“ quæ temporis notatio quum ipsum annum natalem geminorum exhibeat, fortasse cuipiam eadem ad annum, sub quo Diodorus has res exposuerit, referenda esse videatur; neque tamen dissimile veri est, Bipontinos illos eam apposuisse quidem ad annum rei gestæ indicandum, narrationem autem ad annum Romæ conditæ in Diodori Bibliotheca referendam esse existimasse. Hoc enim satis probabile esse inde concludendum videtur, quod in annotatione scripserunt, „Diodorum ab „aliquo nobiliore evento libros ordiri solere.“ Ego neque ab anno natali geminorum, neque ab anno Urbis conditæ librum illum exorsum scribere Diodorum arbitror, sed ab anno primo Olympiadis

primæ; ita ut libro septimo omne illud tempus ab excidio Troiæ usque ad primam Olympiadem comprehendatur. Atque hæc sententia verissima ei videbitur, qui reputarit, Diodorum ipsum duobus certe locis, fortasse tribus, dixisse, sibi, quum nullo alio modo tempora inter Troiæ expugnationem et primam Olympiadem definiri possint, necesse fuisse ad eam rem uti Lacedæmoniorum regibus (conf. Diod. lib. I cap. 5. — Cap. de Lacedæmoniorum regibus, quod ex p. 166. Euseb. chron. supra cap. 5 retuli. — Excerpta Vaticana extrema Diodori ed. Dindorf. p. 145.). Si autem recte dixi verba illa, quæ Eusebius servavit p. 166 chron., in præfatione libri septimi posita fuisse, iam ne dubitari quidem posse videtur, quin his finibus liber septimus fuerit circumscriptus. Sex primis igitur libris res gestas ante Troiæ expugnationem descripserat, nulla temporis nota apposita, libro septimo res gestas a Troiæ excidio usque ad primam Olympiadem scripsit; cuius spatii duæ sunt partes; prior continet tempus inter Troiam captam et Heraclidarum reditum, quod est octoginta annorum; altera tempus inter Heraclidarum reditum et primam Olympiadem, cuius singuli anni notati sunt annis regiis Lacedæmoniorum dinumeratis. Reliquos triginta tres libros obtinent res gestæ inde a prima Olympiade usque ad centesimam octogesimam secundum annos Olympiacos digestæ, cui temporum notationi, ut primum fieri potuit, archontes Atheniensium annuique Romanorum magistratus accesserunt. — Ergo primo loco in particulis libri octavi, quæ ad nostra tempora pervenerunt, caput

illud de Eleorum vacatione militiæ, quod in excerptis de virtutibus et vitiis Wesseling. T. II. p. 547 v. 78 seqq. et in his reliquiis Vaticanis p. 4 ed. Mai. servatum est, positum fuisse videtur.

Constitutis igitur libri septimi finibus iam ad reliquias ipsas, quæ etiamnum restant, accedamus, ac quem earum fuisse primitus ordinem arbitremur, exponamus. — Primum autem locum post ea, quæ capite quinto huius libelli recensuimus, obtinebunt verba illa, quæ Epitomator Diodori sub titulo de virtutibus et vitiis descripsit, Ὅτι τηλικοῦτον περὶ τὸν Λυκοῦργον ἦν κ. τ. λ. (ed. Wessel. T. II p. 547 v. 68 seqq.), quibus adiungenda, ut fecit Maius, verba prima Diodorea ex codice Vaticano, quæ quamquam præciso principio, facile tamen restitui possunt, iamque sunt restituta. Ita hæc particula desinet in verbis ἐπιχθονίῃ πόλις ἕξει. — Maius hoc caput cum duobus subsequentibus in tabella chronologica, quam in calce reliquiarum Diodori Vaticanarum addidit anno 67 ante U. c. tribuit, Eusebium fortasse secutus, quem video ad annum Abrahami 1197 scripsisse: „Lycurgus Lacedæmo„niis iura composuit." Sed non animadvertit Diodori rationes hunc annum nequaquam ferre. Nam quod Valesius Wesselingiusque iam pridem in annotationibus ad particulam illam Diodori, quæ est in excerptis de virtt. et vitt. p. 547 v. 72 seqq. Tom. II Wessel., Ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἡγεμονίαν docuerunt, Diodorus cum Apollodoro (apud Euseb. chron. I cap. 31 p. 139.) Lycurgum octavo anno et centesimo ante primam Olympiadem Lacedæmoniis iura disciplinamque dedisse, scripserat;

idque nunc ita, ut omnis dubitatio tollatur, confirmant anni regum Lacedæmoniorum, sicut eos Eusebius e Diodori Bibliotheca descripsit. Computatis enim Charilai et Nicandri regnorum annis, additisque decem annis Theopompi, cuius, ut ait Eusebius, decimo anno prima Olympias acta est, ipsi illi centum et octo anni, quos supra diximus, efficiuntur. Quare iam dubium esse non potest, quin hæc capita anno 884 ante Ch. n. tribuenda sint, sive a Diodoro, si ipsius ratione temporum notandorum utar, sub anno *tertio Archelai* regis, qui est annus primus idemque natalis Charilai regis, litteris consignata. — Primum caput reliquiarum Vaticanarum sequitur caput alterum et tertium, quæ sub eodem anno, ut iam supra dixi, illi adiuncta erant. Præterea ad eundem annum referenda sunt fortasse prima verba capitis quarti, quæ sunt Ὅτι τοὺς μὴ διαφυλάττοντας – τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια; si quidem recte sentio, tribuens ea vel orationi ipsius Lycurgi, quam habuit de pietate erga Deos, vel disputationi Diodori, qua disseruit de Lycurgi institutis sacris. — Post hanc denique particulam positum fuisse primitus videtur caput illud de stabilitate regni Lacedæmoniorum Lycurgi disciplina confirmata, quod est in excerptt. de virtt. et vitt. ed. Wessel. T. II p. 547. v. 72 seqq., Ὅτι οἱ Λακεδαιμόνιοι — ἡγεμονίαν. Hoc enim eiusdem anni esse, cuius cetera, in quibus de Lycurgo disseruit Diodorus, res ipsa docet; post illa autem a me poni debuisse, item res ipsa docere videtur. Nam ante quam hæc dicta sunt, Diodorum de Lycurgi virtute, deque eius rebus gestis locutum

esse, verba præcedentia, quæ cum primo capite reliquiarum Vaticanarum coniungenda esse perspicuum est, ostendunt; nisi autem præcesserunt omnem de Lycurgi rebus gestis disputationem, omni illi narrationi postposita esse debuerunt; nam mediæ narrationi inserta profecto suo loco posita non fuissent, neque facile quicquam languidius inveniri posset; quæ criminatio depellenda potius a Diodoro, quam ei inferenda esse mihi videbatur.

Proximum locum obtinebunt capita de Macedonum regno, quæ apud Eusebium chron. lib. I. cap. 57 p. 169 ed. Mai., Epitomatorem Diodori in reliquiis Vaticanis cap. 4 p. 3 et 4 ed. Mai., Syncellum in libro chronico p. Venet. 209 servata sunt, quorum collocatio quum aliis paullo difficilior fuisse videatur, quæ illi de particula Vaticana disputarint, priusquam meam ipsius sententiam expromam, hoc loco enarrabo. — Maius in annotationibus ad narrationem illam Diodori de oraculo Perdiccæ regi edito (reliqq. Vaticc. ed. Rom. p. 3 et 4) hæc dixit: „Perdiccas quartus Macedonum rex. Mire autem „accidit, ut hic Diodori locus usque ad oraculum „conservatus fuerit ab Eusebio chron. I. 37 ed. „Mediol. p. 169 in armeniaca interpretatione, cui „nunc demum græca quoque Diodori verba appingere licet. 'Hinc etiam certo cognoscimus Eusebium toto eo capite uti historico Diodoro. Sic „autem est apud Eusebium: *Perdiccas augendi* „*regni cupidus Delphos misit. Tum paucis interpositis subdit* (Diodorus) *regnavisse Perdiccam* „*annis XLVIII.* Oraculum autem, quod erat „interpositum, et ab Eusebio fuit intermissum,

„nunc commode recuperamus. — Perdiccæ initia „ponit Eusebius in anno Romuli XVIII; at Dio„dorus ante Romulum collocat. — Agitur de urbis „Aegarum ædificatione vel incremento, quam re„giam fuisse sedem Macedonum ait etiam noster „Diodorus T. II. p. 563. (Eadem urbs Edessa „antiquius, Pella serius dicta fuit.) Iam vero cum „hoc oraculo perbelle consentit Iustinus VII. I; „nisi quod ipse Carano tribuit, quæ Diodorus Per„diccæ: *Caranus cum magna multitudine Græ„corum sedes in Macedonia responso oraculi „iussus quærere, quum in Emathiam venisset, „urbem Edessam gregem caprarum secutus oc„cupavit: revocatusque in memoriam oraculi, „quo iussus erat, ducibus capris imperium quæ„rere, regni sedem statuit: religioseque postea „observavit, quocumque agmen moveret, ante „signa easdem capras habere, cœptorum duces „habiturus, quas regni habuerat auctores. Urbem „Edessam ob memoriam muneris Aegeas, popu„lum Aegeadas vocavit.* Hinc non sine caussa in „oraculo epithetum *ægidem tenens* Iovi apponitur. „Arcem autem Aegarum seu Pellæ munitissimam „describit Livius XLIV. 46.“ — Tum criticus nescio quis, qui in ephemeridibus litteraturæ universalibus de reliquiis Vaticanis Diodori a Dindorfio editis sententiam tulit p. 139 N. XVIII An. 1830, in hunc fere modum locutus est: „Etiam ea, quæ „de Perdicca Macedone Delphicum Apollinem con„sulente, deque huius responso dicta sunt, nunc „primum cognovimus, indeque, ut Maius animad„vertit, fortasse intelligi potest Eusebium in chro-

„nicis, ubi de regno Macedonico loquitur, Diodori „Bibliothecam secutum esse; etsi in definienda „ætate Perdiccæ regis inter se discrepant Eusebius „et Diodorus.“ -- Denique Duebnerus noster, cuius consuetudinem in alma Georgia Augusta amavimus, sagacitatemque ingenii atque industriam sæpe multis locis admirati sumus, et ipse sententiam ferens de reliquiis Diodori Vaticanis a Dindorfio editis in Bibliotheca critica Seebodii viri clarissimi An. 1830, mens. Mai. p. 246 seqq., vernaculo sermone hæc fere scripsit: „Oraculum „illud conveniret in Perdiccam eiusque ætatem, si „ab hoc primo regnum Macedonicum constitutum „esse, uti Herodotus lib. VIII cap. 137, ita Dio„dorus dixisset; quum vero Diodorum fere eadem „atque Iustinum tradidisse certa quædam vestigia „indicare videantur (conf. etiam Vales. ad excerptt. „Diodor. de virtutt. et vitt. lib. XXII fin.), Carano „illud oraculum editum esse existimandum est, „quod etiam Maius admonuit, Iustini citans lib. „VII cap. I. — Hac serie rerum gestarum servata „oraculum Perdiccæ datum esse non potest, nisi „de loco, ubi sepeliendi essent reges Macedonum, „quod indicat Iustinus lib. VII cap. 2 dicens: *Per„dicca — cuius et vita illustris et mortis postre„ma, veluti (!) ex oraculo præcepta, memorabilia „fuere: siquidem senex moriens Argeo filio „monstravit locum, quo condi vellet, ibique non „sua tantum, sed et succedentium sibi regum ossa „poni iussit, præfatus, quoad ibi conditae „posterorum reliquiae forent, regnum „in familia mansurum: creduntque hac*

„*superstitione exstinctam in Alexandro stirpem,* „*quia locum sepulturæ mutaverit.* Perdiccam „oraculi responsum de imperio augendo et firmando „accepisse Eusebius Maii demonstrat, sed hoc esse „oraculum illud, cuius, ut Perdiccæ editi, Euse„bius meminit, ego vix arbitrer: commutatum po„tius hoc loco nescio quomodo illud oraculum, „quod Carano editum est, cum altero oraculi re„sponso, quod Perdiccas accepit, videtur; propter„ea, ut opinor, quod utrumque oraculum ad Aegas „pertinuit; hæ enim supra quoque fatalis locus „sepulturæ regibus Macedonum dictæ erant (conf. „Diodor. lib. XIX. 52.).“ — Hæc Duebnerus. — Missum faciamus criticum illum ex societate Ha lensi, qui quum res historicas nesciret, nihil potuit, nisi Maii verba repetere, et cuius non fuit sententiam ferre de hoc libro, qui vel maxime in rebus historicis versatur, quamquam non infitior eum in scripto emendando non omnino infelicem se gessisse: sed qui aliorum iudex esse vult, videat ne usquam ipse inscitiam suam ostendat.

Duebnerus dissentit a Maio; verum lectis eius verbis hæreas, opinor, incertus utrum Perdiccæ nomen cum Carani commutatum, an oraculum Carano editum falso pro eo, quod Perdiccas accepit, hoc loco positum esse censeat; Diodorumne, an Epitomatorem, an librarios errasse arbitretur. Ego errorem a librariis vel ab Epitomatore in nomine commissum eum statuere puto; hæc enim facillima est ratio erroris. Verum narratione Iustini de regibus Macedonum inductus, quum multo maiorem Diodori cum Iustino consensum esse putaret, quam

quantus demonstrari potest (Valesius, quem Duebnerus adduxit, plane nihil attulit ad opinionem illam confirmandam), hic quoque illum consensum restituere voluit; quod male ei evenisse non miramur; neque enim consensus inter Eusebium et Diodorum, neque eorum, quæ ex hoc consensu sequuntur, ullam habuit rationem, et ut alterum oraculum efficeret, quod cum priore illo apud Iustinum lib. VII cap. 1, et hoc loco commemorato confusum dicere posset, Iustini verba lib. VII cap. 1, quibus oraculum illud alterum plane negatur, invertere voluit et pervertere, uno vocabulo, in quo omnis illorum verborum vis vertitur, nescio quo signo notato, quasi omittendum esse iudicaret. Recte Maius animadvertit Eusebium, quæ de regno Macedonico edisserat, e Diodoro sumpsisse. Hoc enim tum comparatio verborum utriusque demonstrat, tum ne quis ultra dubitet, sicut fecisse videtur Duebnerus, Eusebius ipse dixit lib. I chron. cap. 33. p. 163 his verbis: *ἑξῆς δ' ἂν εἴη καὶ τοὺς τῶν Κορινθίων καὶ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ἐπισυνάψαι τῷ λόγῳ, καὶ τοὺς θαλασσοκρατήσαντας, καὶ τοὺς πρώτους Μακεδονίας ἄρχοντας. Τούτων δὴ τὸν ἀριθμὸν καὶ τοὺς χρόνους ἐφεξῆς ἀναγράψω κατὰ τὴν συλλογὴν τῶν Διοδώρου βιβλιοθηκῶν, ἐν ᾗ τάδε ἀληθέστατα ἱστορεῖται.* 1) Quorum verborum

---

1) Apud Maium Latina sunt: „Congruum est heic attexere „reges quoque Corinthiorum et Lacedaemoniorum, [nec „non] eos qui maris imperium tenuerunt, itemque primos „Macedoniae principes. Horum ergo seriem et tempora „ordinatim perscribam ex collectione Bibliothecarum Dio„dori, in qua verissime hae historiae narrantur.“

oblitus Maius tum in undecima annotatione ad p. 169 Eusebii chronicorum scripsit, Diodorum fortasse aut Dexippum intelligendum esse, quum Eusebius diceret: *Tum paucis interpositis subdit*, tum in hac ipsa, quam supra posui, annotatione ad Diodorum hinc demum nos, ait, certo cognoscere toto illo capite, quod est de Macedonum regibus, Eusebium historico uti Diodoro. Hoc enim vel ante has Diodori reliquias inventas dubium incertumve esse non poterat, quum Eusebius ipse dixisset, quo auctore uteretur. — Si autem Eusebius Diodori verba hoc loco posuit, et ea, quæ in reliquiis Diodori Vaticanis reperimus, simillima sunt Diodoreis illis, quæ sunt apud Eusebium, equidem non intelligo, quo pacto negare possimus oraculum illud, quod Eusebius prætermisit, esse id ipsum, cuius verba in reliquiis Vaticanis inveniuntur. Fieri sane potest, ut Carano editum esse illud oraculum, alii multi tradiderint, uti tradidisse videmus Iustinum, sed Diodorus hoc loco, ubi de regno Macedonico a Carano constituto et de primis Macedoniæ regibus loquitur, hoc non dixit. Eusebius enim, ubi Diodori verba repetit, non profitetur, se post Carani mentionem quædam omittere, quod tamen facit in Perdicca, quodque fecit in verbis de regno Assyrio, quæ e Diodori Bibliotheca desumpsit. Itaque ne errore quidem Perdiccam in libro Vaticano scriptum esse pro Carano credere possumus, quæ Duebneri opinio præterea omni caret probabilitate; alterum enim exemplum mihi ostendat eiusmodi erroris vel in Vaticanis reliquiis, vel in illis partibus

reliquiarum, quas excerpta legationes et excerpta de virtutibus et vitiis appellant.

Atque ego quidem si quid lectorem eruditum intelligentemque offendat in scripto, sive illud sit nomen aliquod, sive factum, quod alii tributum videatur, quam cui tribui solet, sive omnis series enarrationis, quæ cum serie ætatum temporumque congruere non videatur, sive denique quavis alia re usum et vulgarem disciplinam offensam esse putemus, primum cavendam esse censeo, ne quid temere mutetur, tum omni cura considerandum, numqua ratione discrepantia illa tolli possit explicando, denique si hoc fieri non potest, facillima ratio mutationis excogitanda est, non ea, qua viri docti atque intelligentes, quod ab usu scriptoris, vel a more librariorum abhorret, offendantur. Sed, ut ad id revertamur, unde degressi sumus, Duebnerus oraculum illud in Perdiccam conventurum esse, si primum eum regem Macedoniæ numeraret Diodorus, ideo dixisse videtur, quod cum Maio non intellexit, quo pacto Perdiccas ante Romulum collocatus esse possit, quum eius regni initium Eusebius anno XVIII Romuli regis adscribat. Hoc quomodo explicandum sit, ego supra iam quasi præteriens dixi, sed nunc consulto et singillatim dicendum est. Diodorus enim ubi oraculi, quod Perdiccas accepit, meminit, non solum de Perdiccæ regno atque ætate disseruit, sed omnem vetustiorem regni Macedonici historiam a Carano, i. e. ab regni primordiis usque ad Philippum I, ni fallor, breviter perstrinxit. Tres igitur illæ particulæ uni anno apud Diodorum tribuendæ. Sed cui anno?

Nemo quidem non dicet, anno primo Carani regis; sed is ipse annus incertus est. Si numeros illos Diodori apud Eusebium cum anno mortis Archelai apud Diodorum lib. XIV. cap. 37, qui est primus Olymp. 95, comparaverimus, Caranum anno 783 a. Ch. n. sive anno septimo ante primam Olympiadem regnum Macedoniæ constituisse intelligemus; si autem prima verba Eusebiani capitis de regno Macedonico Diodori esse statuimus, quod secus se habere vix potest, primordia regni Macedonici finem regni Assyrii, haud ita magno spatio temporis interiecto, subsequantur oportet. Ctesias Sardanapalum circiter anno centesimo ante primam Olympiadem mortuum esse scripserat, si quidem numeri apud Diodorum lib. II. cap. 32 seqq. Bibliothecæ bene se habent; et idem Eusebius, quamquam ipse alia ratione utitur, significat, quum Lycurgum dicat Sardanapali ætate Lacedæmoniis iura dedisse. Sed annus centesimus ante primam Olympiadem cum Diodori numeris annorum regiorum apud Eusebium in capite de regibus Macedonum nullo modo potest constare, et numerorum illorum fides confirmatur a Solino, qui cap. 15, Perdiccam regnum accepisse, tradit, Olympiade vigesima secunda; hinc enim sequitur, Caranum regnasse ab anno septimo decimo ante primam Olympiadem, quod fere congruit cum Syncelli verbis p. 198 ed. Par. (158 Ven.), quæ sunt: *Κάρανος Μακεδόνων α' ἐβασίλευσεν ἔτη λ', τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψα'. πρὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος ἔτεσιν ιη'.* nam etiamsi corruptus haberi potest hic numerus, tamen haud magna opus est mutatione,

si omnino opus est; duorum tantum annorum est discrimen, in quo quis possit offendi. Praeterea ut hoc fere tempus primordiis regni Macedonici assignandum esse putem, id quoque facit, quod Diodorus Medorum tempora non nisi demum a Deioce rege litteris consignasse videtur. Nam Diodoro usum esse Eusebium arbitror, quum chronicorum lib. II ad annum 1197 Abrahami hæc fere scriberet: Ἀρβάκης ὁ Μῆδος τὴν Ἀσσυρίων ἡγεμονίαν καταλύσας τὴν βασιλείαν εἰς Μήδους μετήνεγκε· καὶ διετέλεσαν μετὰ ταῦτα χωρὶς ἀρχόντων, ἕως Δηϊόκου βασιλέως Μήδων κ. τ. λ. [2]) Quod si cui etiam plus probabilitatis accipere videbitur comparanti verba Diodori, e lib. II cap. 32 Bibliothecæ, quæ sunt: Περὶ ὧν νῦν ἡμεῖς τὰ κεφάλαια προειρηκότες τὰ κατὰ μέρος ὕστερον ἀκριβῶς ἀναγράψομεν, ἐπειδὰν ἐπὶ τοὺς οἰκείους [3]) χρόνους

2) Latina sunt apud Hieronymum: „Arbaces Medus As„syriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit „et interim sine principibus res agebatur usque ad Deio„cem regem Assyriorum etc." — 3) Scribenti mihi hoc vocabulum in mentem venit loci cuiusdam Plutarchei, ubi librarii perperam illud posuerunt. Nam in libello de fortuna Romanorum in omnibus, quos ego vidi, libris scriptum est cap. 5, p. 318. Ἆρ' οὖν ταύτην τις ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν, ὑπὲρ τῆς τύχης ἐπάγοιτο μάρτυρας αὐτοὺς Ῥωμαίους, ὡς τῇ τύχῃ πλέον ἢ τῇ ἀρετῇ νέμοντας; ἀρετῆς μέν γε κ. τ. λ., quae Xylander, ni fallor, convertit: „Proinde „ab hoc orsurus aliquis initio patrocinium Fortunae op„portunum, ipsos in testimonium vocaverit Romanos, ut „qui plus Fortunae, quam Virtuti detulerint. Virtutis „enim etc." Kaltwasserus Germanice ita: Hat man nun

ἐπιβάλωμεν· κατὰ γὰρ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑπτακαιδεκάτης ὀλυμπιάδος ᾑρέθη βασιλεὺς ὑπὸ Μήδων Κυαξάρης (errore scriptus est pro *Deioce*)

---

einmal einen solchen, dem Glücke zu statten kommenden Anfang gemacht, so kann man noch die Römer selbst als Zeugen anführen, dass sie dem Glücke mehr als der Tugend zuschreiben. So viel ist wenigstens gewiss u. s. w. Uterque igitur interrogationem, quae est in verbis Graecis, neglexit; neque id inconsiderate; nam si interrogasent hisce verbis, plane contrarium dixissent eius, quod dicendum erat; ut revera Graece minime convenientia dicta sunt, sed quamquam hoc modo illi sententiam adiuvarunt, tamen quis est, quin videat, quam ineptum sit primum incisum? ἀρχὴ est initium, exordium disputationis, αὕτη ἡ ἀρχὴ, erit hocce exordium, sive quae hactenus ab initio disputata sunt, nisi potius τοιαύτην τις ἀρχὴν pro ταύτην τ. ἀ. scribendum est, ut sit tale exordium; quid igitur οἰκείαν sibi velit, intelligi non potest, nam quod Xylander et Kaltwasserus posuerunt, non scripserunt ut interpretes, sed ut explanatores et explicatores; tanta explicandi licentia usi, ut, si ita explicare liceat, ineptissima quaeque dicere possis. Praeterea in altero inciso, nemo opinor negabit, scribendum fuisse μάρτυρας ἂν ὑπὲρ τῆς τύχης ἐπάγοιτο κ. τ. λ. si id dicere voluisset Plutarchus, quod dixerunt Xyland. et Kaltwass. — Scribas igitur Ἆρ' οὖν ταύτην (s. τοιαύτην) τις ἀρχὴν ποιησάμενος, οὐκ ἂν ὑπὲρ τῆς τύχης ἐπάγοιτο μάρτυρας αὐτοὺς Ῥωμαίους, ὡς τῇ τύχῃ πλέον ἢ τῇ ἀρετῇ νέμοντας; ἀρετῆς κ. τ. λ. i. e. „Si igitur hocce (huiusmodi) quis fecerit exordium, nonne „is pro Fortuna ipsos testes citabit Romanos, quippe qui „Fortunae plus tribuerint, quam Virtuti? Virtuti enim „etc." Ibid. paullo infra cap. VI p. 319 verba ὁ Καῖσαρ — τὸ μὲν πέλαγος ἀσφαλῶς διεπέρασε, τῆς τύχης

καθ' Ἡρόδοτον, is Diodorum Ctesiae temporum notatione usum esse non credet, et si quid eum annis regiis Assyriorum, ut eos Ctesias consignaverat,

---

τὸν καιρὸν ὑπερθεμένης· εὑρὼν δὲ τὸν Πομπήϊον ἄθρουν κ. τ. λ. Xylander convertit: „Caesar „— tuto traiecit pelagus, Fortuna tempestatem superante; „Pompeium autem quum repperisset etc." Reiskius, quem καιρὸς *tempestate* expressus offendisse videtur, vult „Fortuna opportunitatem aggrediendi et opprimendi Cae„saris in aliud tempus reiiciente et sibi reservante;" eum Kaltwasserus secutus est, qui scripsit: und war, weil das Glück diese Gelegenheit ihn zu stürzen, versparte, ohne alle Gefahr über das Meer gefahren. Uterque non nimis apte; nec sane ego perspicio, quomodo illis in mentem venire potuerit, hoc loco dici de interitu Caesaris dilato tantum, i. e. de re adversa non plane prohibita, sed in aliud tempus dilata, non de re secunda, quae tum Caesari evenerit. Aut Xylandri interpretatio est comprobanda, aut, si ne ea quidem satis recta videtur, scribendum, ut puto, τῆς τύχης τὸν καιρὸν ὑποθεμένης i. e. „quum Fortuna „tempus opportunum subministrasset." Atque haec coniectura ei maxime probabilis videbitur, qui eiusdem illius Dionis, cuius lib. XLI. cap. 46 Reiskius citat, cap. 44 inspexerit, ubi sunt verba: Καῖσαρ δὲ — μεσοῦντος τοῦ χειμῶνος μέρει τοῦ στρατοῦ ἀπῆρεν — λαθὼν τὸν Βίβουλον τὸν Μάρκον, ᾧ ἡ θάλασσα φρουρεῖσθαι προσετέτακτο — καὶ ἐλθὼν ἐνταῦθα, πρὶν ἔκπυστος ὅτι καὶ πλευσεῖται γενέσθαι, τὰς ναῦς ἐς τὸ Βρεντέσιον ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἔστειλε· καὶ αὐτὰς ὁ Βίβουλος ἀναγομένας ἐκάκωσε καί τινας καὶ ἀνεδύσατο· ὥστε τὸν Καίσαρα ἔργῳ μαθεῖν, ὅτι εὐτυχέστερον τὸν πλοῦν, ἢ εὐβουλότερον ἐπεποίητο. Et ipse Caesar quamquam non fatetur, se feliciorem tum quam prudentiorem fuisse, tamen

fidei tribuisse arbitrabitur, tamen ad annum supremum regni Assyrii definiendum Ctesia duce usum esse Diodorum non iudicabit. — Septimum annum ante primam Olympiadem Diodorus nominaverat tertium Alcamenis regis Lacedæmoniorum; septi-

---

rem eodem modo narrat, ut quin ita fuerit, dubitare non possis: dicit enim cap. 7 lib. III de bello civ. „Nec illi „(Lucretius Minuciusque) sibi confisi ex portu (Orici) „prodire sunt ausi — neque Bibulus impeditis navibus „dispersisque remigibus, satis mature occurrit, quod prius „ad continentem visus est Caesar, quam de eius adventu „fama omnino in eas regiones perferretur.“ Sequente capite remissarum Brundisium navium triginta miserrimam calamitatem tradit, quas Bibulus assecutus „omnes in„cendit, eodemque igne nautas dominosque navium inter„fecit.“ Ibidem in principio capitis sunt verba, „Huic „officio praepositus erat Fufius *Calenus*, Legatus, qui „celeritatem in transportandis legionibus adhiberet,“ quae si cum capite 14 et 26 eiusdem libri tertii comparaveris, paullo infra apud Plutarchum pro τῆς μετὰ Ἀντωνίου καὶ Σαβίνου στρατιᾶς αὐτῷ βραδυνούσης scribes καὶ Καλήνου, neuter enim *Sabinorum* illorum, qui cum Caesare fuerunt, hoc loco nominatus esse videbitur. — Praeter hos locos alios tres tantum huius libri emendem ubi distinctionis notae sunt depravatae. Primus est cap. 8 p. 321. εἰ τότε μὴ θῆλυ – οὐκ ἂν ἔτι νῦν τὰ καλὰ ταῦτα βασίλεια καὶ ναοὶ – βοτήρων καλύβαι – ἦσαν Ἀλβανὸν ἢ – δεσπότην προσκυνούντων, ubi in fine interrogationis signum ponendum: nam sententiae vis est: „nonne etiamnunc splendida illa regia et „cetera essent pastorum casae etc.?“ Reliquos duos locos invenies cap. 12 p. 323 ubi post μὴ γενέσθαι μηδὲ εἶναι colon ponas, post καὶ τῆς πατρίδος ἀμύνασθαι ex interpretatione Xylandri interrogandi signum restituas.

mum decimum autem nomine trigesimi tertii Teleeli regis signaverat. Ego adscribam annum tertium Alcamenis regis, non sine nota dubitationis.

His autem ita constitutis restat, ut de ordine trium illorum capitum, quo quidque loco ponendum sit, dicamus. Atque id quidem perfacile dictu est, particulam illam, quae exstat in reliquiis Vaticanis, quum exciderit, ubi Eusebius in capite de regno Macedonico verba sua posuit εἶτα μετ' ὀλίγα ἐπάγει, hoc ipso loco reponendam esse; sed plura ne exciderint, an hoc tantum oraculum, incertum est; si plura, multa profecto non fuerunt, Eusebius enim dicit μετ' ὀλίγα. Præterea inquirendum esse videtur, utrum totum illud caput, quod est apud Eusebium, hoc loco posuerit Diodorus, an priorem tantum partem ipse ita scripserit, Eusebius autem cetera undique Bibliothecae conquisita in unum locum congesserit; et quo denique loco ponenda sint verba illa, quæ Syncellus servavit. — Omnia illa hoc loco scripsisse Diodorum, vix mihi temperavi, quin plane negarem, et quicumque Diodorum bene cognoverit, non minus eum propensum ad negandum fore confido. Neque enim credibile est admodum, in tanta copia rerum tamque angustis narrationis finibus eum talia his vel etiam ter retulisse. Quum tamen sint quædam vestigia, quibus indicari videatur esse probabile hoc loco Diodorum morem suum quodammodo reliquisse, iam operæ pretium erit singula diligentius considerare. — Verba prima Μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονίας καὶ τὴν ἀπώλειαν Σαρδαναπάλου τοῦ ἐσχάτου βασιλέως Ἀσσυρίας οἱ τῶν Μακεδόνων

χρόνοι συνίστανται, quum nesciamus, cui anno Diodorus interitum regni Assyrii adscripserit, prætermittimus, quamquam non defuturos puto, qui hæc quoque non Diodoro, sed Eusebio tribuenda esse arbitrentur. Sed etiamsi sciremus, ad quem annum Diodorus imperii Assyriorum occasum retulerit, etiamsi is esset annus centesimus ante primam Olympiadem, tamen quum regni Medorum annos a Deioce demum numerare cœperit, quod satis supra probasse mihi videor, et quum regni Babylonii sive Chaldæi, quod et ipsum regnum Assyrium appellant, et cuius auctor est Nabonassar, nullam fecerit mentionem, nisi quod Belesym ab Arbace regem Babylonis esse constitutum dixit, nemo opinor demonstrare posset, Diodorum non recte dixisse tempora Macedonum succedere temporibus Assyriorum; neque enim alia est gens, quam quidem Diodorus memoraverit, cuius origo inter Macedonum et Assyriorum tempora intercedat. Prima igitur verba nihil est, quod non pro Diodoreis habeamus. Verba interpretationis Latinæ „regnavisse Perdiccam annis octo et quadraginta" excipiuntur ab illis: „ab eoque dignitatem ad Argæum devenisse, quem regno annis triginta uno-„que perfunctum excepit Philippus, cuius regnantis „habentur anni triginta tres," quæ non esse separanda a superioribus ipsa constructio verborum ostendere videtur. Regum autem horum, nisi quod enumerantur, nulla fere mentio fit apud historiæ auctores, qui quidem ad nos pervenerunt. Sequitur Ἀερόπας, de quo plura dixit Iustinus, ut iam haud incredibile sit, hunc sua ætate a Diodoro

memoratum esse. Eadem est conditio Amyntæ I et Alexandri I; eorum, qui Alexandrum I sequuntur, meminisse Diodorum ipsi legimus; et meminit plurium, quam quot apud Eusebium enumeratos invenimus.

Quæ quum ita sint, hæc mea est sententia: Si cui non esse probabile videbitur, Diodorum hoc loco omnes reges Macedonum a Carano usque ad Alexandrum Magnum percensuisse, is eum hic aut priores reges omnes enumerasse a Carano usque ad Alcetam, aut Aeropum suo anno protulisse Alceta adiuncto putabit; Amyntam autem a Diodoro prætermissum esse nemo opinor credet; huius igitur ætate et ipsius et Alexandri et Perdiccæ annos regios relatos esse ille arbitrabitur, quod in bello Xerxis nullam Alexandri Diodorus fecit mentionem, et quo anno Perdiccas rex factus sit, nusquam in eis libris scriptum est, qui integriores ad nos pervenerunt. Reliquorum nomina et annos Eusebius ei videbitur e libro XIV, XV, XVI, XVII exscripsisse. — Neque tamen nego eum, qui ab illo dissentiens hæc omnia hoc loco a Diodoro scripta esse, ut apud Eusebium leguntur, arbitretur, et ipsum nonnulla proferre posse, quibus sententiam suam commendet. Nam quum Diodorus neque in libro XII, neque in XIII scripserit, quot annos Perdiccas alter regnarit, dubitare sane possumus; neque id sine caussa, in Amynta commemorando eum regni annorum vel huius ipsius, vel Alexandri, vel Perdiccæ mentionem fecisse. Hoc autem si non fecit, unde sciret Eusebius, quot cuique annos Diodorus adscripserit, nisi hoc loco

ille omnes percensuisset? Quod apud Eusebium Amyntas Tharrhalei F. et eius filius Alexander non inveniuntur, id sane huic sententiæ non favere videtur; sed fieri potest, ut hi, nescio qua negligentia, aut in ipsius Diodori scripto non comparuerint, aut a librariis præteriti sint, aut denique ab Eusebio, aut ab iis, qui hunc descripserunt, errore prætermissi. Repetitionis sane nec necessariæ neque utilis crimen ita cadit in Diodorum, sed hoc quoque diminuitur, si cogitamus eum hoc loco non brevem quandam atque concisam historiam eorum, quæ infra pluribus persecuturus esset, dedisse, sed ea, quæ e vetustissima ætate regni Macedonici memorabilia visa essent, hic breviter attigisse, atque eorum, quorum nihil fere nisi nomina memoriæ tradita essent, ipsa ea nomina cum regni annis posuisse, et ne quem de gente Herculea prætermitteret, ceterorum quoque nomina et annos usque ad Alexandrum Magnum retulisse. Hæ sunt rationes, quas ii afferre possunt, qui omnia illa pro Diodoreis habent; quæ quum non minore auctoritate esse videantur, quam illorum rationes, qui partim tantum Diodoro adscribunt; ego omnia in Diodoreis referam.

Quæ sequuntur verba *καὶ τοῖς τῶν Μακεδόνων βασιλεῦσι τὸ γένος οἱ ἀξιοπιστότατοι τῶν συγγραφέων οὕτως ἀναφέρουσιν εἰς Ἡρακλέα*, ita ut apud Eusebium posita sunt, quid sibi velint, haud facile quisquam intelliget: quomodo enim genus ad Herculem referatur, nusquam dictum est; et, si Eusebius ab initio Diodori verba integra repetiit, ne omissam quidem esse genealogiam arbitrari possu-

mus, nisi si omnia præcesserit. Sed ne tum quidem, si verba illa Diodori, quæ apud Syncellum servata sunt, omnia ea, quæ sunt apud Eusebium, præcesserint, hæc sententia, sive est a Diodoro sive ab Eusebio profecta, satis apta huic loco videbitur: nam quisquis eam scripsit, nimis remota est ab ipsa genealogia. Quamobrem id, quod cuique in mentem veniet, quia facillimum est, etiam hoc loco faciendum esse arbitror, ut hanc sententiam a Diodoro profectam, atque ei verba illa Diodori, quæ sunt apud Syncellum, adiuncta fuisse, et nunc adiungenda esse putemus. — Cetera sunt Eusebii. — Nos autem, quum hoc capite reliquam partem reliquiarum libri septimi ordinaverimus, capitibus sequentibus dispositas ipsis verbis proferemus, explicemusque, quæ explanatione, corrigamus quæ emendatione egere videbuntur.

Cap. IX.

Diodori Lycurgea, sive particulæ priores partis posterioris reliquiarum libri VII Bibliothecæ.

A. III. Archelai regis Lacedæmoniorum.

Ὅτι τηλικοῦτον περὶ τὸν Λυκοῦργον ἦν τῆς ἀρετῆς τὸ μέγεθος, ὥστε παραγενηθέντος εἰς Δελφοὺς αὐτοῦ τὴν Πυθίαν ἀποφθέγξασθαι ἔπη τάδε·

ἥκεις ὦ Λυκόοργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηόν,
Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσι.
δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον·

ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε. [1])
ἥκεις δ' εὐνομίαν αἰτεύμενος· αὐτὰρ ἔγωγε
δώσω τὴν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίη πόλις ἕξει. —

1) In codice esse Λυκοῦργε ait Maius, qui ex Eusebio, a quo priorem oraculi partem sumere maluit, quam ab Herodoto, utroque loco scripsit Λυκόεργε. Dindorfius Λυκόοργε non alia ratione inductus scripsisse videtur, quam quae etiam apud Herodotum viros doctos impulit, ut reponerent Λυκόοργε, nimirum quod haec est huius nominis scriptura in Homeri Iliade et in Apollonii Rhodii Argonauticis. Nominum autem depravationes frequentissimae fuerunt apud librarios; quare exempla quaedam hoc loco ponere placet. In corruptissimis est locus ille e Plutarchi vita Sertorii cap. 12. Ἀλλ' ὅμως ἀσθενὴς οὕτω καὶ μικρὸς ἀρξάμενος οὐ μόνον ἐθνῶν ἐκράτησε μεγάλων καὶ πόλεις εἷλε πολλὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιστρατήγων Κότταν μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησέ που, Φίδιον δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς περὶ τὸν Βαῖτιν ἐτρέψατο δισχιλίους ἀποκτείνας Ῥωμαίων, Δομέτιον δὲ καὶ Λούσιον ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἑτέρας Ἰβηρίας διὰ τοῦ ταμίου καταγωνισάμενος καὶ Θωράνιον, ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ὑπὸ Μετέλλου πεμφθέντων μετὰ δυνάμεως, ἀνεῖλεν, αὐτόν τε τὸν Μέτελλον, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν τοῖς τότε μέγιστον καὶ δοκιμώτατον, οὐκ ὀλίγοις σφάλμασι περιβαλὼν εἰς τοσαύτην ἀπορίαν κατέστησεν, ὥστε Λεύκιον μὲν Λόλλιον ἐκ τῆς περὶ Ναρβῶνα Γαλατίας ἐλθεῖν αὐτῷ βοηθὸν, Πομπήϊον δὲ Μάγνον ἐκ Ῥώμης κατὰ τάχος ἀποσταλῆναι μετὰ δυνάμεως. Sic verba scripta sunt apud Schaeferum, qui has adiecit annotationes: „Φίδιον] Leopoldus Δεί-„διον. Recte, si vere nititur auctoritate codicum. F. —

Ὅτι ὁ αὐτὸς ἠρώτησε τὴν Πυθίαν ποῖα νόμιμα καταστήσας μάλιστ' ἂν ὠφελῆσαι τοὺς Σπαρτιάτας.

„κατεναυμάχησεν, Αὐφίδιον —. Quod Interpres „secutus est. καὶ Λούσιον] Leopoldus uncis inclusit. „καταγωνισάμενος καὶ] καὶ mallem abesset.“ Qui recte Δείδιον posuisse Leopoldus videatur, ego non intelligo. Unum tantum video Didium in bello Sertoriano, et eum in corrupta scriptura Iulii Obsequentis, apud quem de prodigg. cap. 119 „*Didius* Laelius legatus Pompeii in „Hispania adversus Sertorium inter pabulatores occisus „est.“ Sed ipsa nomina indicant depravationem; talis enim coniunctio nominum gentilium plane inusitata est ante tempora Iulii Octaviani Augusti. Frontinus stratag. II. 5. 31 verum nomen prodit, *Decimum* Laelium appellans. Praeterea temporum rationes Plutarchus hoc loco servavit, quas is confundit, qui nobis Pompeii legatum intrudit. Quare aliud nomen restituendum videtur. Est autem hoc tempore *Fufidius* quidam, in codice Nonii Marcelli scriptus, qui hanc particulam libri I. histor. Sallust. servavit: „Et mox *Fufidius* adveniens cum legionibus postquam „tantas asperitates, haud facilem pugnantibus vadum, „cunta hosti quam suis opportuniora videt;“ idem ille homo fortasse, quem apud eundem Sallustium M. Aemilius Lepidus Cos. in ea oratione, quam ad populum habuit, praelatum a Sulla in magistratibus capiundis dicit; et quem Ἀφίδιον vel Αὐφίδιον scriptum legimus apud Plutarch. in vita Sullae c. 31, ubi verba sunt, ὑπολαβὼν ὁ Μέτελλος, Οὐκοῦν, ἔφη, δήλωσον οὓς μέλλεις κολάζειν — Ἔνιοι δ' οὐ τὸν Μέτελλον ἀλλ' Ἀφίδιόν τινα τῶν πρὸς χάριν ὁμιλούντων τῷ Σύλλᾳ τὸ τελευταῖον εἰπεῖν λέγουσι. Corrigas igitur manifestissimam depravationem κατεναυμάχησέ που, Φίδιον scribendo κατεναυμάχησε, Φουφίδιον. καὶ Λούσιον verba, quae Leopoldus uncis inclusit, sana fortasse videbuntur, si cum Havercampio ad Orosium lib. V. cap.

τῆς δὲ [2]) ἐὰν τοὺς μὲν καλῶς ἡγεῖσθαι, τοὺς δὲ πειθαρχεῖν νομοθετήσῃ, πάλιν ἠρώτησε τί ποιοῦντες

23, scripseris Δομίτιον δὲ καὶ Λούκιον et interpretatus eris: „verum Domitium etiam Lucium.“ Λεύκιον μὲν Λόλλιον, de quibus verbis nihil dixit Schaeferus, alii non sine caussa suspecta habuerunt, in quibus Sigonius et Dukerus, quorum annotationes ad Epitomen libri XC Livii hoc loco non erant negligendae. Sigonius μὲν Λόλλιον commutat cum Μανίλιον; Dukerus Solanum refert scripsisse Λεύκιον μὲν Μάλλιον, quod sine dubio restituendum. Eundem hominem videre licet apud Caesarem de bello Gallico lib. III cap. 20. — Non minus corrupta his verbis sunt extrema libelli Plutarchei de gloria Atheniensium, quae ita se habent apud Reiskium: Ἀλλὰ δὴ μετὰ τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους, ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῖς παραβάλλειν τὸν κατὰ Κόνωνος ἀνοίας, τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου· τὸν πρὸς Ἀμαθούσιον περὶ ἀνδραπόδων, τοῖς ἐξανδραποδισθεῖσιν ὑπ' ἐκείνου Σπαρτιάταις. ἢ ὅτι τοὺς ἐποίκους ἔγραψε, ταύτην κ. τ. λ. Reiskius quum prima verba tentasset, frustra, ut ipse fatetur, nam quod in mentem venerat, post λόγους addendum esse τοὺς ῥήτορας, propter τὸν κατὰ Κόνωνος probari non posse intellexit, interposita Xylandri annotatione, qui ex ipso Demosthene, ut ait, αἰκίας scribit pro ἀνοίας, ita pergit: „ἐκείνου] „redit ad vetustum illum Demosthenem imperatorem, Ni„ciae et Alcibiadae aequalem e Thucydida et Aristophanis „Equit. notum. ἀνοίας rectum, *atrocitate, truculentia, „immanitate.* Xylander et Meursius, quibus adscribit „Fabric. B. Gr. T. I p. 921. malunt αἰκίας, me quidem „non probante. *Amathusius* ille quis fuerit, haud teneo, „et oratio Demosthenis adversus eum neque hodie exstat,

καλῶς ἡγήσονται, καὶ τὶ πειθαρχήσουσιν. ἡ δὲ ἀνεῖλε τοῦτον τὸν χρησμόν.

„neque indicata fuit a Fabricio B. G. T. I. p. 919." Deinde de illis, quae ego litteris κ. τ. λ. significavi, addit „Totus „hic locus usque ad finem mihi est obscurus. Desunt „quoque nonnulla in fine: quare mirum non est, hunc a „nobis locum non intelligi." Extrema sane, quae post ταύτην scripta erant, qua sententiae forma dicta fuerint, ne ego quidem dispicio, quamquam haud difficile est, quid ea sibi velint, intelligere; sed quae descripsi, quomodo sint emendanda, perspexisse mihi videor. Miror enim Reiskium, hominem δημοσθενικώτατον verissimam Xylandri emendationem αἰκίας reponentis pro ἀνοίας repudiasse, in Amathusio haesisse, cetera ignorasse. Ut Xylander ex ipso Demosthene se scribere αἰκίας dicit, ita ego me ex eodem ipso Demosthene dicere profiteor Amathusium esse Arethusium, ἐπιοίκους esse ἐπιτρόπους; totumque locum ita refingo: Καὶ νὴ Δία τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῖς (nisi potius ταῖς στρατηγίαις) παραβάλλειν, τὸν κατὰ Κόνωνος αἰκίας τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου, τὸν πρὸς Ἀρεθούσιον περὶ ἀνδραπόδων τοῖς ἐξανδραποδισθεῖσιν ὑπ' ἐκείνου Σπαρτιάταις· ἢ ὅτι τοὺς ἐπιτρόπους ἐγράψατο κ. τ. λ., quae si quis cum reliqua oratione comparaverit, eum omnia comprobaturum confido. — Diylli historici nomen, quod initio libri cap. 1 invenitur, admonet me erroris Böckhii viri clarissimi doctissimique, quem ego praeceptorem meum benignissimum quamvis magno sinceroque amore complectar, numquam tamen ei tantam potero referre gratiam, quantam debeo; sed habebo, quantam maximam animus meus capere potest. Hic vir praestantissimus p. 168 Vol. II eius libri, qui inscriptus est Staatshaushaltung der Athener, *Diyllum*, qui est

εἰσὶν ὁδοὶ δύο πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων ἀπέχουσαι
ἡ μὲν ἐλευθερίας ἐς τίμιον οἶκον ἄγουσα,

---

in inscriptione Graeca, cum *Gryllo* commutavit; sed historicus ille, de cuius nomine Boekhius dubitavit, est Atheniensis, neque hoc tantum loco a Plutarcho nominatur, sed etiam in libro, qui inscribitur de Herodoti malignitate cap. 26., neque a Plutarcho solum, sed etiam a nostro Diodoro Siculo lib. XVI, cap. 14 extr., ubi conf. Wesseling., et ab Athenaeo lib. 13. p. 593. *Alium Diyllum* invenies apud Pausaniam lib. X. cap. 13. §. 4. — Permittat autem vir illustrissimus, ut etiam de alia quadam nominis mutatione, quam in eodem libro inveni, sententiam dicam. Quum enim in inscriptione quadam nomen hominis sit Εὐωνυμεύς, ipse p. 290 Εὐωνύμου ponendum esse censet, Olympiade 95 pagorum nomina nondum fuisse in homines translata arbitratus: sed quid aliud est, quaeso, nomen Suniadis archontis Olymp. 95, quam patronymicum a Sunieo declinatum, quantumvis obloquatur Buttmannus Gr. Gr. mai. Vol. II. p. 333 annot.? et qui quinquaginta annis post in oratione Demosthenis, quam adversus Macartatum Sositheo scripsit, nominatur Προσπάλτιος Προσπαλτόθεν avus Macartati, nonne nomen habet eiusdem generis, nonne eodem tempore vixit? — 2) „Malim τῆς δὲ εἰπούσης, DINDORFIUS. — Diodorum hoc loco εἰπούσης vel simile quid scripsisse quivis intelligit, frustra enim apud eum eiusmodi omissionis exempla quaerentur. Sed pace ne critici Halensis talia in verba ipsa reliquiarum recipere licebit? Non videtur. Reprehendit enim Dindorfium, quod ubicunque ν ἐφελκυστικὸν vel οὕτως ante consonantem litteram positum invenerat, illud expunxit, huius loco οὕτω rescripsit; quasi diceret Dindorfio magnopere curandum fuisse, ut scriptionem Constantinopolitanorum restitueret, non Diodori. — ν ἐφελκυστικὸν a poetis poni solere, ubi longa syllaba opus est, nemo est, qui nesciat: hoc

ἡ δ' ἐπὶ δουλείας φευκτὸν δόμον ἡμερίοισι. [3])
καὶ τὴν μὲν διά τ' ἀνδροσύνης ἱερῆς θ' ὁμονοίας

maiores nostros non semper scripsisse, sed pronuntiasse tantum, vel potius longarum syllabarum caussas inde explicasse constat: nostra autem aetate, quum iam ponatur, ubicunque pronuntiandum est, Gailius, qui geographos, quos dicunt minores, edidit, tanta inconstantia esse sane non debuit, quanta fuit, ut modo poneret, modo non poneret, ubi ponendum erat, et ut modo omitteret, modo non omitteret, ubi omittendum erat; colligam igitur hoc loco ea exempla e Scymno Chio, quae huius peccati testes sunt. Ponendum est vers. 42: ἔστιν κατασχεῖν εὐκόπως καὶ πιστικῶς. v. 230 ἐν τοῖς ἔθνεσι τούτοις δὲ Ῥώμη ἔστιν πόλις. v. 430 Προσεχὴς δὲ νῆσός ἐστιν, οὗ φασίν τινες. v. 668 Τῶν δ' ἐπὶ θαλάττῃ κειμένων ἔστιν πόλις. Omittendum est v. 367. Ἀνδοῖσι βιοτεύοντας ἐμφερέστατα. v. 397 λέγουσι γὰρ δὴ τὴν κεραύνωσιν προτοῦ. v. 729 Μεθ' ἣν πόλις ἔστι σύνορος ἡ Ἀπολλωνία. — 3) ἡμετρίοισι est in edit. Roman. Quod autem Dindorfius non oblitus erat errorem librariorum Romanorum commemorare, inde factum est, ut ei a critico Halensi ingeniosa illa coniectura, ἡμερίοισι scribendum esse, tribuatur. Scilicet ad manus non habuit Eusebium, apud quem ἡμερίοισι scriptum est, quem tamen ipse a Stephano editum citat, et cuius scripturae discrepantiam percensens Maius hanc non enumerat; non vidit Maii interpretationem Latinam, quae demonstrat Maium ipsum nihil aliud legisse nisi ἡμερίοισι, quam tamen in inferiore dimidia pagina grandibus litteris subiectam Graecae orationi ante oculos habuit, quamque, etiamsi tardior negligentiorque fuisset critico isto homine, tamen hoc loco inspexisset, ut videret, quo latino verbo Maius ἡμετρίοισι reddidisset. Sed haec est ista critica natio. Securi, quod

ἔστι περᾶν· ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε κέλευθον·
τὴν δὲ διὰ στυγερῆς ἔριδος καὶ ἀναλκίδος ἄτης
εἰσαφικάνουσιν· τὴν δὴ πεφύλαξο [4]) μάλιστα.
τὸ δὲ κεφάλαιον ἦν ὅτι μεγίστην πρόνοιαν ποιητέον
ἐστὶν ὁμονοίας καὶ ἀνδρείας, ὡς διὰ μόνων τούτων
τῆς ἐλευθερίας φυλάττεσθαι δυναμένης, ἧς χωρὶς
οὐθὲν ὄφελος, οὐδ' ἄλλο τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς
ὑπειλημμένων ἀγαθὸν ἔχειν ἑτέροις ὑπήκοον ὄντα· [5])

---

ignorantur, scribunt, iudicant de omnibus rebus notis atque ignotis, quae vix adspexerunt, quae ne adspexerunt quidem, vera falsis miscent, falsa falsis cumulant, decipiunt homines imperitos nec talia opinantes. Silerent plerumque si loqui non liceret, nisi nomina professis. — Probavit doctissimus ille homo ἡμερίοισι, sed quum ita scribendum esse coniectura Dindorfium statuisse putaret, neque sciret praeter ἐφημέριον etiam ἡμέριον esse *hominem* sive *mortalem*, qua est prudentia diligentiaque in rebus criticis, exemplum ut adderet Dindorfius desideravit. Ne putet hoc illud tantum loco legi, dabo exemplum. Legat versum quintum Anthol. Palat. Epigr. adespot. DXXII, qui est, μέλψῃ δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισιν: conferat etiam Valkenarium ad Eurip. Phoen. v. 1515, qui e Phoen. v. 132 ἀμερίων γέννα et ex Iphig. Aul. v. 1330 seq. γένος ἀμερίων profert. — 4) Apud Eusebium est πεφυλάχθαι, quare fortasse scribendum erit πεφύλαχθε, quod sane magis cum ἡγεῖσθε congruere perspicuum esse videtur. — 5) Maius haec interpretatus est hoc modo: „cuius oraculi summa erat, praecipuum concordiae forti- „tudinisque studium esse debere, tamquam si his unice „virtutibus libertas retineri possit: sine qua nihil eorum „prodest, quae vulgo bona existimantur; quum nempe „aliquis alienae potestati subest; namque haec omnia impe- „rantium non subiectorum sunt etc." Parum quidem ille

πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν ἡγουμένων οὐ τῶν ὑποτεταγμένων ἐστίν· ὥστ' εἴπερ [6]) τις ἑαυτῷ

verbum pro verbo reddidit, sed tamen vim sententiae satis expressit. Graeca autem mihi quidem sana esse non videntur; nam pro οὐδ' ἄλλο τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειλημμένων ἀγαθόν malim aut οὐδ' ἄλλο τι aut οὐδ' ὁτιοῦν τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπειλημμένων ἀγαθῶν. — Similis depravatio est in verbis Dionis Cassii, quae in eodem illo codice Vaticano inventa Maius una cum ceterorum scriptorum reliquiis, quas ille codex continet, Romae edidit. Sunt autem ea, quae huc pertinent, haecce p. 136. cap. II: Ὅτι περὶ τῶν Τυρσηνῶν φησὶν ὁ Δίων. Ταῦτα γὰρ καὶ προσῆκεν ἐνταῦθα τοῦ λόγου περὶ αὐτῶν γεγράφθαι· καὶ ἀλλ' ὅτι καὶ αὖθις αὖ ἕτερον ὅτῳ ποτ' ἂν διέξοδος τῆς συγγραφῆς τὸ λιπαρὸν εὐτρεπίζουσα προστύχῃ, κατὰ καιρὸν εἰρήσεται, quae Maius ita e Graeco convertit: „De Etruscis ait Dio. „Haec et praesenti sermonis mei loco congruebant, et „alibi etiam scripta fuerunt; immo rursus quidvis aliud „historiae contextus rerum copiam recte ordinans postu„labit, suo tempore dicetur.“ Sed scribendum videtur· Ὅτι περὶ τῶν Τυρσηνῶν φησὶν ὁ Δίων· ταῦτα γὰρ καὶ προσῆκεν ἐνταῦθα τοῦ λόγου περὶ αὐτῶν γεγράφθαι, καὶ ἄλλο τι καὶ αὖθις αὖ ἕτερον, ὅτῳ ποτ' ἂν ἡ διέξοδος τῆς συγγραφῆς τὸ λιπαρὸν εὐτρεπίζουσα προστύχῃ, κατὰ καιρὸν εἰρήσεται. Nam prima verba, ut saepe alias, ita hoc quoque loco non nimis considerate ab eo posita esse videntur, qui sententias illas collegit, ut indicaret Dionem ibi de Tyrrhenis verba fecisse, quibus ea subiecerit, quae hic sequuntur; aptius fortasse dixisset Ὅτι περὶ τῶν Τυρσηνῶν διηγησάμενός φησιν ὁ Δίων κ. τ. λ. Reliqua ea ipsa sunt, quae dixit Cassius, atque haec est ejus vis sententiae:

βούλεται καὶ μὴ τοῖς ἄλλοις κτήσασθαι τὰ ἀγαθά, πρῶτόν ἐστι κατασκευαστέον τὴν ἐλευθερίαν. ἀμφο–

„Haec enim hoc loco orationis meae de illis scripta esse „oportebat, et si quid est aliud, et rursum si quid aliud „praeterea, in quod fortasse oratio mea inciderit, id suo „tempore narrabitur." — In eodem illo cap. II Dionis reliquiarum Vaticanarum verba sunt ἔκδημον ἐποίησαν, quae Maius convertit „Extorrem fecerunt." ego addo, ceteris mihi circumspectis sermonem fuisse videri de Celere illo Remi interfectore, qui caede patrata sua sponte in exilium profectus esse dicitur Plutarcho vit. Rom. cap. 10, et quem a Romulo populoque Romano exilio multatum esse, certe coactum ut solum verteret, Dionem narravisse arbitror. — 6) Hoc vocabulum restituendum erat Maio reliqq. Vaticc. Dion. Cass. p. 179 cap. LVIII, ad quem locum emendandum Zonara non est usus, quem adhibere debuit: describo verba reliquiarum. Ὅτι Γάϊος Κλαύδιος ἐλθὼν εἰς ἐκκλησίαν ἄλλα τε ἐπαγωγὰ εἶπε, καὶ ὅτι ἐπ' ἐλευθερώσει τῆς πόλεως ἥκει· οὐ γὰρ δεῖσθαί γε Ῥωμαίους Μεσήνης (praestat opinor Μεσσήνης) οὐδὲν, καὶ ὅτι εὐθὺς ἐπειδὰν τὰ πράγματα αὐτῶν καταστήσῃ ἀποπλεύσεσθαι (Zonoras Basil. 1557. T. II. p. 53. ἀποπλεύσει, scribendum autem apud utrumque ἀποπλευσεῖται), κἀκ τούτου καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἢ ἀποχωρῆσαι ἐκέλευσεν (apud Zonaram est ἐκέλευεν, quod haud scio an praestet), ἢ δ' εἴ τι δίκαιον εἰπεῖν ἔχουσιν εἰς κρίσιν καταστῆσαι (scribendum καταστῆναι, Zonaras: ἢ εἴ τι δίκαιον ἔχοιεν, τοῦτ' εἰπεῖν, quae est eius contractio)· ὡς δ' οὔτε τῶν Μαμερτίνων τις ὑπὸ δέους ἐφθέγγετο καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ἅτε καὶ βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες βραχὺ αὐτοῦ ἐφρόντιζον, αὐταρκες, ἔφη, μαρτύριον ἡ σιωπὴ

τέρων δὲ ἐκέλευσε ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅτι θάτερα αὐτῶν κατ' ἰδίαν οὐ δύναται τὸν περιποιησάμενον ὠφελῆσαι· οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀνδρείους ὄντας στασιάζειν ἢ ὁμονοεῖν βεβαίως δειλοὺς ὄντας.

Ὅτι ὁ αὐτὸς Λυκοῦργος ἤνεγκε χρησμὸν ἐκ Δελφῶν περὶ τῆς φιλαργυρίας τὸν ἐν παροιμίας μέρει μνημονευόμενον

ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν. 7)

παρ' ἀμφοτέρων ἔχει, τῶν μὲν ὅτι ἀδικοῖεν, δεδικαιολογῆσθαι γὰρ ἂν εἴπερ τι ὑγιὲς ἐφρόνουν, τῶν δὲ ὅτι τῆς ἐλευθερίας ἐπιθυμοῖεν, παῤῥησίᾳ γὰρ ἂν εἴπερ (ita enim pro ὑπὲρ, quod est apud Maium, scribendum est) τὰ τῶν Καρχηδονίων ᾑροῦντο ἄλλως τε καὶ ἰσχύος αὐτῶν παρούσης κέχρῆσθαι (haec ita a Dione non esse scripta, sed Epitomatoris manum sensisse, ipsa compositio verborum ostendit; sed quid Dio scripserit, et quamquam mihi quidem certum esse videtur, directa, quam dicunt, oratione hoc loco Dionem locutum esse, similiorne illa oratio hisce verbis an eis, quae apud Zonaram legimus, fuerit, ego non diiudicarim. Zonarae verba sunt: αὔταρκες, ἔφη, μαρτύριον παρ' ἀμφοτέρων ἡ σιωπὴ, τῶν μὲν, ὅτι ἀδικοῦσιν (εἰ γάρ τι ὑγιὲς ἐφρόνουν, ἐδικαιολογήσαντο ἄν) τῶν δὲ, ὅτι τῆς ἐλευθερίας ἐφίενται· ἐπαῤῥησιάσαντο γὰρ ἄν, εἰ τὰ τῶν Καρχηδονίων προῄρηντο)· καὶ προσυπέσχετο σφίσι βοηθήσειν, καὶ διὰ τὸ γένος αὐτῶν τῆς Ἰταλίας ὂν, καὶ διὰ τὴν αἴτησιν τῆς ἐπικουρίας ἣν (apud Maium perperam est ἦν) ἐπεποίηντο; quae extrema verba Zonaras brevissime reddidit καὶ ἐπηγγέλλετο (ita enim pro ἐπηγγέλλοντο scribendum) βοηθήσειν αὐτοῖς. — 7) Colon, quod dicunt post οὐδὲν positum

Δὴ γὰρ ἀργυρότοξος ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
χρυσοκόμης ἔχρη πίονος ἐξ ἀδύτου,

---

et omnis litterarum huius et sequentis versus collocatio apud Maium et apud Dindorfium manifeste ostendit, ab utroque hunc versum cum sequentibus esse coniunctum, quod non esse faciendum praeter me vidit criticus Halensis. Non nos laudandi, sed mirandum potius, quomodo fieri potuerit, ut viris tam prudentibus in mentem venerit χρησμὸν ἐν παροιμίας μέρει μνημονευόμενον esse undecim versuum, praesertim quum aliunde χρησμὸς ille ipse iam dudum satis notus sit. Porro Maii annotationem, ut mihi non satisfecit, ita aliis non esse satisfacturam existimo; quare maximam eius partem hoc loco repetam, paucaque de ea disputabo. Quum enim ex codice Vaticano in hoc versu ἕλοι pro ὀλεῖ scripsisset, haec Maius partim de scriptura Vaticana partim de toto versu disserenda esse putavit: „Versiculus hucusque extat apud „Plutarchum lacon. inst. (ed. Reisk. T. VI. p. 891.) qui „ait oraculum id editum fuisse Alcameni et Theopompo „regibus; nunc vero Diodorus docet editum Lycurgo. In„tegrum versiculum cum codice vat. exhibet Gallaeus p. „41. Tum apud Plutarchum et Gallaeum inscitia, ut „puto, librariorum scribitur ἀφιλοχρηματία pro ἁ „φιλοχρηματία; et quidem in codice evidenter est spi„ritus densus supra articulum ἁ. Item apud Plutarchum „pro ἕλοι legitur ὀλεῖ; sed Gallaeus consentit cum „codice vat.“ Plura sunt, quae modo Lycurgo tribuunt, modo Alcameni Theopompoque regibus, quibus praeter Ephoros constitutos alia quoque perutilia instituta Lacedaemonii debere dicuntur. Integrum versum unde Gallæus hauserit, Maius non dicit, neque ego, quum Gallaei liber non sit ad manus, dicere possum, sed credo eum non ignorasse in libello de proverbiis, quibus Alexandrini usi sunt, qui in Plutarcheis vulgo fertur, eundem versum inveniri totum quidem, sed corruptum. Sic enim ibi scri-

ἄρχειν [8]) μὲν βουλῆς, θεοτιμήτους βασιλῆας,
οἷσι μέλει Σπάρτης ἱμερόεσσα πόλις,
πρεσβυγενεῖς δὲ γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας,
εὐθείαις ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους. [9])

---

bitur: Ἁ φιλοχρηματία τὰν Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δ᾽ οὐδέν, quae quomodo sint corrigenda tum rationes metricae docent, tum pauca haec, quae addita sunt, verba: ἐπὶ τῶν ἐξ ἅπαντος κερδαίνειν προαιρουμένων. μετήνεγκται ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Λακεδαιμονίοις. ἔχρησε γὰρ ὁ θεὸς, τότε ἀπολεῖσθαι (ita enim scribendum puto pro ἀπολέσθαι, quod est in libro), ὅταν ἀργύριον καὶ χρυσίον τιμήσωσιν· nam hinc perspicuum est ὀλεῖ pro ἕλοι scribendum esse, quod fecit Dindorfius; τὰν autem abiiciet, δὲ pro δ᾽ reponet, quicunque Hexametrum non ignorabit. — 8) „Hoc et sequens distichon occurunt etiam apud Plutarchum „Lycurg. cap 6, qui ait habere Tyrtaeum auctorem; ita„que utrumqne retulit inter eius poetae fragmenta Klotzius „p. 127.“ MAI. — „Quum quatuor ex his versibus a „Plutarcho Tyrtaeo poetae tribuantur, primi autem versus „apud Plutarchum diversi sint ab his primis, coniunctis „Plutarcheis et Diodoreis plenior quaedam Tyrtaei carmi„nis particula effici posse videtur. Scribendum autem ὧδε γὰρ pro δὴ γὰρ, ut sit:“

Φοίβου ἀκούσαντες Πυθωνόθεν οἴκαδ᾽ ἔνεικαν
μαντείας τε θεοῦ καὶ τελέεντ᾽ ἔπεα·
ὧδε γὰρ ἀργυρότοξος ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων κ. τ. λ.

Criticus Hal., si quidem bene eum intellexi. — 9) „ῥήτρας] Rhetras id est leges, quibus Lycurgus sparta„nam remp. constituit, datas esse a Pythia non versu sed „prosa καταλογάδην, ait Plutarchus de Pyth. orac. ed. „Reisk. T. VII. p. 588. Atqui apud Diodorum poeticae „sunt.“ MAI. — „Interpunctione in fine huius versus

μυθεῖσθαι δὲ τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν πάντα δίκαια,
μηδέτι ἐπιβουλεύειν τῇδε πόλει.[10])

„sublata scribendum videtur sequenti versu μυθεῖσθαι „τε." DINDORF. — 10) „Ita se habet versiculus in „cod." MAI. — „Hariolari licet μηδ' ἐπιβουλεύειν „τῇδε πόλει τι κακόν." DINDORF. — Vix credas hanc esse Dindorfii manum; neque enim intelligi potest, quomodo haec illi hariolatio in mentem venerit, nec quomodo fieri potuerit, ut ille veram scripturam non viderit, quam quis non videt? Pronuntiavit eam criticus Halensis, qui ἐπιβουλεύσει non esse locum dixit in hocce versu, scribendum enim esse μηδὲ τι βουλεύειν τῇδε πόλει βλαβερόν. Utraque emendatio mihi quoque in mentem venerat, et illa, ut est facillima, ita sane certissima est et optima; pro extremo vocabulo possis etiam σφαλερόν scribere, possis alia; sed quum Plutarchus versus eos, quos attulit, cum lege quadam a Theopompo Polydoroque regibus aucta comparaverit, fieri potest, ut Tyrtaeus eodem vocabulo usus fuerit, quo illi reges. Quae addita legi esse dicuntur, haec sunt: Αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος αἵροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας εἶμεν. hinc πρεσβυγενεῖς, quos versu quinto habet codex Vaticanus, praeferendi πρεσβύταις, qui sunt apud Plutarchum, hinc fortasse etiam hic versus octavus ita scribendus; μηδέ τι βουλεύειν τῇδε πόλει σκολιόν. — Ut autem hoc loco ἐπι, quod erat eiiciendum, ex repetitis litteris ετι factum est, ita saepe in veterum scriptorum orationem aliena constat irrepsisse, vel syllabae repetitione, vel particula, quam dicunt, aliove minuto vocabulo perperam inculcato, cuius rei duo e Scymno Chio exempla proponam. Versus 200 seqq. hi sunt apud Gailium: — ἔπειτα παραθαλάττιοι κάτω ‖ Λίγυες ἔχονται, καὶ πόλεις ἑλληνίδες, ‖

δήμου τε πλήθει νίκην καὶ κάρτος ἕπεσθαι
Φοῖβος γὰρ περὶ τῶν ὧδ' ἀνέφηνε πόλει.[11])

ἃς Μασσαλιῶται Φωκαεῖς ἀπῴκισαν. ‖ Πρώτη μὲν οὖν Ἐμπόριον· Ῥόδη δὲ δευτέρα, ubi scribendum esse: ἀπῴκισαν· ‖ πρώτη μὲν Ἐμπόριον, Ῥόδη δὲ δευτέρα quis non animadvertit? Versus 715 seq. sunt: — καὶ Σαμίων ἀποικία ‖ Πέρινθός ἐστιν· ἐχομένη ἡ Σηλυμβρία ubi Gailius scribit „Hiatus si-„miles vide vss. 460 et 729;" molestiorem igitur esse sensit, qui excusatione dignum habuit: sed quamquam hiatus illi sunt similes, versus non sunt eiusdem generis, ut comparari nullo modo possint. Ut metrum constet, dipodiam mediam huius versus ita distinguas oportet: ἐ ‖ στιν· ἐχομέ | νη ἡ ‖, quod quam sit numerosum aures iudicent. Ego ἡ eiicio, quo non solum opus non est, sed quod ne voluisset quidem ponere Scymnus, si potuisset. — Ceterum post Tyrtaei versum octavum unum vel plura disticha excidisse putat criticus Halensis, quod nec constructio verborum sequentium nec sententia cum antecedentibus conveniat: ego nego. — 11) Horum versuum explicatio difficilior est. Maius iam dixit alterum et tertium distichon apud Plutarchum inveniri, descripsit etiam scripturae discrepantiam, sed non omnem; quod enim maximi est momenti, apud Plutarchum scriptum esse πρεσβύτας τε, hoc omisit. Paullo aliter fortasse Plutarchus hos versus cepit, quam capiendi sunt apud Diodorum, si quidem cum Dindorfio magnam illam interpunctionem, quae est post ἀνταπαμειβομένους, tollemus. Nos autem quo magis versus illos illustremus primum interpretum Plutarchi, Lapi Florentini, Cruserii, Amyoti, Tallemantis interpretationes proponemus. Lapi verba sunt:

„Consilii teneant reges et iuris habenas,
„Quis curae est Spartae conspicienda domus,
„Grandaevique senes, et qui de plebe creati
„Sanctarum legum civibus instar erunt."

Ὅτι τοὺς μὴ διαφυλάττοντας τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐσέβειαν, πολὺ μᾶλλον μὴ τηρεῖν τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους δίκαια.

Cruserius scripsit:

„Urbis consilio sacros reges moderari,
„Quos dulcis Spartae sollicitudo tenet,
„Maioresque senes natu populumque frequentem
„Hinc latas leges sciscere, si placeant."

Apud Amyotum est:

„Les Rois ausquels appartient par devoir
„Au bien de Sparte amiable prouvoir
„Seront les chefs et les moderateurs
„Du grand conseil avec les Senateurs
„Et apres eux le commun populaire
„Confirmera ce qu'il verra leur plaire."

Tallemanti sic placuit e Graeco convertere:

„Vos Roys presideront à la teste de tous
„Les Senateurs après: mais l'Estat populaire
„Doit confirmer leurs Loix sans en estre jaloux."

Schaeferus autem vir clarissimus, qui Plutarchi vitas summa cura singularique doctrina emendatas edidit, hanc nobis proposuit explicationem verborum Εὐθείας ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους, „sua sibi quique iure „ita servantes, ut aequilibrium inter omnes oriatur," quae non magis mihi placent, quam interpretum illorum, quas supra posui interpretationes: multo minus autem Maii, quas supra vidimus *rhetrae* vel *leges* Lycurgeae. Convertit hic, ut iam lectores integram eius sententiam de hoc loco cognoscant, ita illos versus e Graeco: „Ut consilio imperent venerandi reges, quibus „curae est Spartae munita civitas: tum etiam gravi aetate „senatores, tum denique populares viri, recte legibus „respondentes." Ea autem in quibus eius scriptura Graeca a nostra discedit haec sunt; scribit e codice Vaticano βουλῇ pro βουλῆς, et ἰχερόεσσα pro ἱμερόεσσα, et εὐθείην ῥήτρας pro εὐθείαις ῥήτραις. — Gallicae

---

interpretationes sine dubio proxime ad veram et propriam Graecorum versuum vim atque sententiam accedunt, neque tamen omnino placent, quare iam, quid ipse sentiam pronuntiabo. Ac primum quidem versus illos ita interpretabor, ut ex Plutarchi sententia explicanda esse videntur; deinde afferam eam explicationem, qua utendum esse arbitror, si omnes eos versus, qui sunt apud Diodorum, ita dividemus, ut placuit Dindorfio. Illa interpretatio est: „Primo loco sententiam dicant deorum alumni, reges, „quibus curae est Sparta urbs dilectissima, grandaevique „patres; tum vero cives directis sententiis respondentes, „i. e. simpliciter aut accipientes, quae a regibus senatuque „proposita erunt, aut reiicientes; aut aiant probentque „et iubeant et affirment senatus consultum, aut negent et „improbent et vetent et repudient: ipsi ne consultent neve „deliberent, quid sit faciendum, sed decernant tantum, „utrum id, quod propositum est, faciendum sit, necne." Hanc explicationem suadet ipse Plutarchus (vit. Lycurg. cap. 6) hisce verbis: τοῦ δὲ πλήθους ἀθροισθέντος εἰπεῖν μὲν οὐδενὶ γνώμην τῶν ἄλλων ἐφεῖτο, τὴν δ' ὑπὸ τῶν γερόντων καὶ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δῆμος. ita enim a Lycurgo erat institutum. A Lycurgo dico, non ab Apolline Delphico, nam rhetrae illi, quam Delphis acceperat Lycurgus, non erat inscriptum, in qua nihil legimus nisi δάμῳ δὲ κυρίαν εἶμεν καὶ κράτος· κυρίαν enim, quae est Mülleri coniectura historr. gentt. urbbq. Graec. Vol. II. p. 85 pro ἀνωγὰν, quod est in libris, sane est audacis interpretis, quod in rhetra hoc vocabulum positum esse vult, sed summa facilitate se ipsum commendat; nam, ut narrat Müllerus, in uno codice est γυριανήμην. Minus probo eiusdem sententiam de constructione vocabuli τριάκοντα in verbis ὠβὰς ὠβάξαντα τριάκοντα

τὴν δὲ ἡγεμονίαν διεφύλαξαν ἐπὶ ἔτη πλείω τῶν φ'. [12]) μετὰ δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον καταλύ–

γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα, quod cum ὠβάς coniungit. Sæpissime enim οἱ τριάκοντα vocantur senatores cum regibus, ut hoc loco secus intelligi posse non videantur. Τριάκοντα, γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις, καταστήσαντα est „triginta virorum colle- „gio constituto, senatu cum regibus." τριάκοντα autem, non οἱ τριάκοντα hoc loco appellantur, quod etiamnum sunt *constituendi*, nondum *constituti*. Sed ut ad propositum revertatur oratio mea, illud igitur a Lycurgo iam erat institutum, *ne quis sententiam diceret præter reges senatoresque, ceteri ut tantum iuberent vetarentve, quod ab illis propositum esset.* Hæc simpliciter directeque respondendi ratio, quum iam aliquoties depravata esset, ne in posterum depravaretur, Polydorus et Theopompus reges ipsi rhetrae addiderunt hæcce: αἱ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος αἵροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας εἶμεν. — Hæc et ipsa est Mülleri explicatio verborum εὐθείαις ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους, si quidem recte eum intellexi historr. gentt. urbbq. Græcc. Vol. II. p. 86, cui nunc mea quantulacunque est, auctoritas accedit; neque enim mea a Müllero sumpsi, sed ipse excogitavi, antequam eius libros primum adspexi. Priora Müllerus alio modo interpretatus est: neque tamen ego, quamquam meam interpretationem duriorem nostris hominibus videri posse intelligo, quum Græca sint Græcisque scripta, de sententia mea decedendum mihi esse arbitror. Etenim ἄρχειν μὲν βουλῆς Græcis hominibus plane idem esse puto, ac si dicatur Πρώτους μὲν γνώμην ἀποφῆνασθαι, unde fit, ut sequi possit ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας nullo addito verbo, intelligitur enim γνώμην ἀποφαίνεσθαι. Præterea senatores

οντες, ἔτι δὲ διαφθαρέντες νομίσματι χρῆσθαι καὶ πλούτους ἀθροίζειν, ἀπέβαλον τὴν ἡγεμονίαν.

---

coniungo cum regibus non cum concione, nam si tot tantum versus interpretamur, quot affert Plutarchus, mihi quidem πρεσβυγενεῖς τε vel πρεσβύτας τε, quod est apud Plutarchum, retinendum videtur, ut reges cum senatoribus προβούλευμα faciant, quod cives iubeant vetentve. Si autem omnes illos versus, quos profert Diodorus ex coniectura Dindorfii divisos et emendatos explicabimus, eam explicationem sic instituendam esse puto: „Primo „loco sententiam dicant reges deorum alumni, quibus „cordi est Spartae urbs iucundissima, tum grandævi senes, „deinde vero cives simpliciter nudeque respondentes, dis„serant, quae sunt honesta, et omnia ex lege faciant, „neve huic urbi pravum quod consilium pronuntient. „Maior autem (scribo enim δήμου δὲ) numerus in „suffragiis populo ferendis vincat valeatque. Ita enim „de his rebus urbi præcepit Apollo.“ — εὐθείαις ῥήτραις non de senatoribus, sed tantum de ceteris civibus dictum esse videtur; ad senatores puto referendum τὸ μυθεῖσθαι τὰ καλά, ad plebeios sive ad ceteros cives potissimum τὸ ἔρδειν πάντα δίκαια et τὸ μηδέ τι βουλεύειν σκολιόν vel βλαβερόν. Versui nono δήμου δὲ πλήθει νίκην καὶ κάρτος ἕπεσθαι respondent rhetrae verba illa: δάμῳ δὲ κυρίαν εἶμεν καὶ κράτος. — 12.) In codice est υʹ, sed φʹ quamquam non scripsit Wesselingius, scribendum tamen esse demonstravit hæc verba explicans, argumentis usus eis, quae scripta sunt lib. XV, cap. 1 et 50 et 65 huius Bibliothecae. Ego quum *semper* Diodorum in hac re de quingentis annis, nusquam de quadringentis loqui cognoverim, confidenter φʹ scripsi. —

Cap. X.

Diodori prisca Macedonica sive reliquiarum posteriorum libri septimi Bibliothecae historicae pars posterior.

Fortasse A. III. Alcamenis regis Lacedæmoniorum.

Μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονίας καὶ τὴν ἀπώλειαν Σαρδαναπάλου [1]) *τοῦ ἐσχά-*

1.) Apud Eusebium et Syncellum Σαρδανάπαλλος scribitur: quam tamen scripturam quum in Wesselingii annotatione critica ad Diodorum nusquam ex ullo codice Diodori commemoratam invenerim, hoc loco Σαρδανάπαλον scribendum esse iudicavi, iam haud dubitanter, neque enim eadem est conditione, qua supra cap. proximo nono fuit Μεσσήνης, quod dixi tantum me arbitrari præstare alteri scripturæ Μεσήνης, quae est in codice Vaticano, non scripsi plane huius loco. Μεσήνη sæpe est in codicibus Dionis, est in reliquiis Vaticanis, est apud Zonaram, sed Μεσσήνη sæpius inveniri videtur in Dionis codicibus, neque eius exempla in Vaticano desunt, et quum veram esse scripturam nummi doceant, Dioni hanc tribuendam esse puto, nihili nunc æstimans Zonarae auctoritatem. Nam fieri potest, ut ipse Zonaras scripserit Μεσήνην. Neque vero idem T. II. p. 28, v. 44 scribere potuit, ὁ δὲ ὅμιλος στρατηγὸν τὸ τρίτον τὸν μάλιον εἵλετο ut est apud Wolfium, sed scripsit ὁ δὲ ὅμιλος στρατηγὸν τὸ τρίτον τὸν Φάβιον εἵλετο. Nimirum *Cæsonem Fabium* populus tertium consulem, sive, ut tum nominabantur, prætorem creavit; cuius in comitiis consularibus apparuit, quid comitas, quid beneficia apud plebes possent: nam quum antea Fabii aeque invisi plebi fuissent propter superbiam, at-

του βασιλέως Ἀσσυρίας οἱ τῶν Μακεδόνων χρόνοι συνίστανται. Πρὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος [2]) Κά-

---

que Claudiorum nomen, post proelium cum Veientibus, quo Cn. Manlius consul et Q. Fabius consularis ceciderunt, M. Fabius, qui unus consul reliquus erat, „non im-„memor eius," ut ait Livius II. 47 seq. „quod initio „consulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, saucios „milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati: „nec alibi maiore cura habiti. Inde populares iam esse „Fabii: nec hoc ulla, nisi salubri reipublicae, arte. Igitur „non Patrum magis quam plebis studio Caeso Fabius „cum T. Virginio consul factus, neque bella, neque „delectus, neque ullam aliam priorem curam agere, „quam ut iam aliqua ex parte inchoata concordiae spe „primo quoque tempore cum Patribus coalescerent animi „plebis. Itaque principio anni censuit, priusquam quis-„quam agrariae legis auctor tribunus exsisteret, occuparent „Patres ipsi suum munus facere: captivum agrum plebi „quam maxime æqualiter darent, verum esse habere eos, „quorum sanguine ac sudore partus sit." Huc spectant, opinor, verba Cassii Dionis, quae servavit Constantinopolitanus ille, qui sententias excerpsit, apud Maium cap. XX. p. 81, quae sunt: Ὅτι ἔοικε τὸ πλεῖστον τοῦ ἀνθρωπίνου πρὸς μὲν τὸ ἀνθιστάμενον καὶ παρὰ τὸ συμφέρον φιλονεικεῖν, τοῖς δὲ ὑπείκουσι καὶ παρὰ δύναμιν ἀνθυπουργεῖν. — 2.) Ita ut ego scripsi et verba divisi hæe se habent in Maii Zohrabique interpretatione Latina Eusebii. Sed valde dubito hanc esse Diodori manum; quid enim sibi vult illa temporis definitio πρὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος? Satis ineptam eam esse apparet. Multa enim ante primam Olympiadem facta sunt, multique ante eam anni numerantur. Quid igitur si ante haec verba vel post ea ἔτει dicamus excidisse cum numero, quem dicunt ordinalem, vel ἔτεσι cum cardinali, ut hoc vocabulo utar? Nonne multo

ρανος ἰδίαν χώραν ἑαυτῷ κατακτήσασθαι σπουδάζων, δύναμιν ἀθροίσας ἔκ τε Ἄργους καὶ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου τοῖς κατὰ τὴν Μακεδονίαν τόποις ἐπεστράτευσε. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πολεμῶν ὁ τῶν Ὀρεστῶν βασιλεὺς τοῖς πλησιοχώροις Ἐορδοῖς [3])

---

aptior ita fiet sententia? Tum ante Κάρανος primum enuntiatum finiri potest, quamquam non plane ineptum foret, si esset πρὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἔτει .... Κάρανος ἰδίαν χώραν — ἐπεστράτευσε; sed si ita, ut dixi, dividentur enuntiata, id quod priore loco positum erit, nova et certa temporis definitione accedente, aptius aliquanto futurum videtur. — 3.) In interpretatione Latina est: „Eadem tempestate bellum gerens „Orestarum rex cum finitimis suis nomine *Eordensibus* „etc." cui extremo vocabulo Maius in annotatione hæc adscripsit: „Ita codex arm. De his regni macedonici „primordiis legendi sunt saltem Justinus lib. VII et „Solinus cap. IX." Apud Syncellum p. 198 P. (sive 158 V.), qui sua illa non ex Eusebio neque e Diodoro sed e Dexippo hausisse videtur, scriptum est: συμμαχήσας δὲ καὶ τῷ τῶν Ὀρεστῶν βασιλεῖ κατὰ τῶν πλησιοχώρων Ἐορδανῶν λεγομένων, ubi Scaliger posuerat Δαρδάνων, scribendum fortasse erat, Ἐορδαίων, quamquam apud Stephanum Byz. utrum recte scribatur Ἐορδαῖαι, δύο χῶραι Μυγδονίας. εἰσὶ δὲ ἄλλαι δύο, ἡ μὲν Ἰβηρίας, ἡ δὲ Θρᾴκης. ἀπὸ Ἐορδοῦ τινος. ὁ οἰκήτωρ Ἐορδαῖος ὀξύνεται δὲ τὸ Ἐορδὸς, ὡς Ἡρωδιανὸς ἕκτῃ, an potius ὁ οἰκήτωρ Ἐορδός scribendum sit, nolo nunc diiudicare; verba sequentia Ἐορδόν postulare videntur. Sed quum regio vocata sit Ἐορδαῖα, quid ni vocentur incolae Ἐορδαῖοι vel Ἐορδαιεῖς et Ἐορδαεῖς, ut genitivo casu, quo nunc opus est, scribatur Ἐορδαέων?

λεγομένοις τὴν τοῦ Καράνου βοήθειαν προσεκαλέσατο ὑποσχόμενος αὐτῷ δώσειν τὴν ἡμίσειαν [4]) τῆς

Quid apud Diodorum scribendum sit, quæri sane potest, nam nos, qui Armeniace nescimus, non satis intelligimus, quid sibi voluerit Maius, quum scriberet in codice Armeniaco esse *Eordensibus*. Nonne ibi fuit *Eordis?* Eordenses enim quum dicit, Ἐορδεῖς vult, ut opinor. Si pure et Latine dicere voluisset, eo nomine usus esset, quo utitur Livius qui Eordæos gentem appellat. Sed videtur formam Armeniacam sive potius Græcam servare voluisse. Quid igitur si dicamus, Ἐόρδους, qui sunt apud Thucydidem lib. II. cap. 99. (ubi tamen Ἐορδαῖαν in locum Ἐορδίας restitutam velim, nam Ἐορδίαν nemo, ni fallor, dixit, neque quicquam fuit facilius factu, quam ΕΟΡΔΙΑΣ scribi pro ΕΟΡΔΑΙΑΣ), Ἐόρδους dico si scriptos invenisset hoc loco Armeniacus, eam illam formam positurum fuisse, qua Zohrabus Maiusque *Eordos* significatos esse putavissent, quum autem nomen Ἐορδῶν legisset, ea eum forma nominis usum esse, qua etiam Ἐορδεῖς reddere potuisse videretur? Ἐορδοί nominari solent; hanc formam usurparunt Herodotus lib. VII. 185, Strabo lib. VII. p. 523 et 326, Herodianus grammaticus apud Stephanum, Suidas apud Stephanum in vocab. Ἄμυρος, alii fortasse, quorum verba ego non descripsi. Cæterum in nominum scriptura sæpe peccasse librarios supra iam dixi cap. IX, exemplaque posui complura, addam nunc nonnulla in quibus depravatio est levior. Apud Scymnum Chium Gailii versus 209 scribitur πόλις μεγίστη Φωκαῶν ἀποικία, versus 246 καὶ Μασσαλιωτῶν Φωκέων τε Νεάπολις: „medium „tenuere beati" alterum ex altero restitues; ponendum utroque loco Φωκαέων; nusquam enim, quod ego sciam, ad hoc tempus ullum repertum est vocabulum, unde probari posset, Atticos homines Genitivum quoque

χώρας, κατορθώσαντι τὰ τῶν Ὀρεστῶν. Βεβαιώσαντος δ' οὖν τοῦ βασιλέως τὴν ὑπόσχεσιν Κάρανος

---

pluralis numeri eorum nominum, quae in εύς desinunt contracte scripsisse. Versum 215 scriptum video πόλις Ὀλβία καὶ Ἀντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη, si tamen bene se habet regula illa Grammaticorum, qua acutum accentum in antepenultima eorum nominum primae declinationis poni iubent, cuius ᾰ terminatio corripiatur, Ὄλβια urbs eiusdem generis habenda est, atque Ἐρέτρια et Λάμια; quod si constanti usu librariorum accentum in penultima huius nominis ponentium negatur, tutius fortasse videbitur scribere πόλις Ὀλβία εἶτ' Ἀντίπολις αὐτῶν ἐσχάτη. Versu 277, ubi legitur τὸ δ' ἐπὶ Ζέφυρον τῆς Ἰταλίας οἱ Δωριεῖς, mallem τὸ δ' Ἐπιζεφύριον τῆς Ἰταλίας Δωριεῖς, nisi articulo Dores hoc loco carere non posse intelligerem. Vers. 390 Gailius habet Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἴστριοι λεγόμενοι, contra metrum. Mirere sane versum nondum restitutum. Scylax p. 13 scripsit Μετὰ δὲ Ἐνετούς εἰσιν ἔθνος Ἴστροι; apud Strabonem lib. VII. p. 314 est Ἔφαμεν δὲ ἐν τῇ περιοδείᾳ τῆς Ἰταλίας Ἴστρους εἶναι πρώτους τῆς Ἰλλυρικῆς παραλίας συνεχεῖς τῇ Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς Κάρνοις. Scymno igitur restituendus versus Ἐνετῶν ἔχονται Θρᾷκες Ἴστροι λεγόμενοι. Versus 412 seq. sunt apud Gailium: Νῆσος κατ' αὐτοὺς δ' ἐστὶν Ἴσσα λεγομένη, ‖ Συρακουσίων ἔχουσα τὴν ἀποικίαν: quorum hic quidem postremus numeris mihi laborare videtur; quem ut reficiam, ego scribo Συρακοσίων aut Συρακουσῶν ἔχουσα τὴν ἀποικίαν. Ad versum 558, qui scribitur Ἑξῆς Ἀθῆν' ἅς φασιν οἰκητὰς λαβεῖν, in annotatione critica Gailii haec videmus apposita:

ἐκείνην τὴν χώραν κατασχὼν [5]) ἦρξεν ἔτη λ'. Τούτου δὲ γήρᾳ τελευτήσαντος τὴν βασιλείαν διαδεξάμενος

„Ita Vind. (imo iam Mor. in marg. G.), ex conj. Salm. „Prius Ἀθήνας φασίν. H.“ Malit fortasse quispiam codicum scripturam reductam, varietate dicens iucundiorem fieri orationem, neque enim grammaticam obstare, quominus Ἀθήνας scribamus. Id quidem recte; sed recte illi animadvertisse videntur, Scymnum semper eadem constructione verborum usum esse in enumerandis locis, certe, eodem constructionis genere. Hac autem constructione nusquam usus est, quare non sine caussa nos quoque Salmasio ceterisque, qui Ἀθῆν', ὥς φασιν probarunt, assentiri videbimur. Versus 568 seq. vacillante numero in posteriore scribuntur ἔπειτεν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσωπίδος ‖ χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομ', Εὔβοια πάλιν, quorum versuum constructio ut intelligatur, lectores admoneo in antecedentibus verbis positum esse: Εὔβοια κεῖται ἡ καλουμένη Μάκρις. Quid autem differunt καλεῖσθαι et εἰληφέναι ὄνομα? Nonne aptius Euboeae nomen cum verbo posteriore, quod tanto propius est, coniungetur, quam cum remotissimo καλεῖσθαι? Quid si ea ipsa structura, quae aptior esse videtur, etiam numerus reficietur? Scribo igitur ἔπειτεν ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσωπίδος ‖ χρόνῳ λαβοῦσα τοὔνομ' Εὔβοιαν πάλιν; nam Εὐβοίας, quod fortasse cuipiam in mentem venire potest, ut coniunctum sit cum Ἀσωπίδος, mihi quidem Scymni esse non videtur. Sunt versus 578 seq. apud Gailium hi: κεῖνται δὲ καὶ νησῖδες αὐτῆς πλησίον, ‖ Σκῦρος, Πεπάρηθος, Σκίαθος· ὧν Κρῆτες μὲν οἱ ‖ μετὰ Σταφύλου διαβάντες ἐκ Γνώσσου ποτὲ ‖ Πεπάρηθον, ἐγγὺς καιμένην τ' αὐτῆς Ἴον ‖ νῆσον συνοικίζουσι. In codicibus videtur esse ἐγγὺς κειμέ-

ὁ υἱὸς Κοῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη κη'. Ἔπειτα Τυρίμμας μὲν ἔτη μγ', Περδίκκας δὲ μβ'. [7]) Οὗτος

νην αὐτῆς Ἴκον, nam in Gailii annotatione critica legimus, „Sic" (intell. Ἴον) „lego pro Ἴκον. Vind." Ego vero vix dubito, quin sine caussa Vindingius nomen mutarit, et quin hoc loco Ἴκον ponendum sit. Scriptum est enim apud Strabonem lib. IX. §. 16. p. 436. Πρόκεινται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι Σκίαθός τε καὶ Πεπάρηθος, καὶ Ἰκὸς, Ἀλλόννησός τε καὶ Σκῦρος ὁμωνύμους ἔχουσαι πόλεις, et apud Scylacem p. 51. Ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ πελάγει εἰσὶ νῆσοι αἵδε· κατὰ Ἐρετρίαν Σκῦρος καὶ πόλις· Ἴκος, αὕτη δίπολις· Πεπάρηθος, αὕτη τρίπολις καὶ λιμήν· Σκίαθος, αὕτη δίπολις καὶ λιμήν, et apud Livium: „inde" (a Geraesto) „omnes" (naves Romanorum) „velis in „altum datis, maris medio praeter Scyrum insulam Icum „pervenere. ibi paucos dies saeviente Borea retenti: ubi „prima tranquillitas data est, Sciathum traiecere:" ex quibus locis efficitur Icum non esse rupem inter Eubœam et Scyrum situm, sed insulam non nimis exiguam cum urbe insulae cognomine, aut urbibus duabus, sitam inter Scyrum et Sciathum insulas; cui Livius etiam portum tribuere videatur. Versus 680 seqq., ubi sermo est de Samothrace insula, hi leguntur in Gailii libro: πρότερον γὰρ εἶναί φασιν ἐν ταύτῃ τινὲς || τοὺς Τρῶας, Ἠλέκτρας τεκούσης Δάρδανον || τῆς λεγομένης Ἄτλαντος, Ἰασίωνά τε. Vindingius Latine reddidit: „Electra, quae dicitur Atlantis (filia), enixa Dardanum „Iasionemque." Ego scribo τῆς λεγομένης Ἀτλαντίδος Ἰασίωνά τε, lectoresque ad versum 568 remitto. In versibus sequentibus, qui sunt de eadem illa insula, hi leguntur apud Gailium: Τοὺς δὲ Σαμοθρᾶκας

τὴν ἰδίαν βασιλείαν αὐξῆσαι βουλόμενος ἠρώτησεν εἰς Δελφοὺς, ἡ δὲ ἔφη·

Τρῶας ὄντας τῷ γένει, ‖ ἀπὸ τοῦ τόπου δὲ Τρῶας ἐπικαλουμένους, ‖ δι' εὐσέβειαν ἐγκαταμεῖναι τῷ τόπῳ. Supra Scymnus dixerat priscos huius insulae incolas esse Troianos, quos inde in Asiam transduxerit Dardanus: nunc dicit, eos autem qui pietate inducti remanserint in insula, nomen suum non servasse (quamquam ii, qui in Asiam transgressi essent, servaverint), sed a loco i. e. a finitima Thracia Thracum nomen accepisse; hanc esse sententiae vim quemvis puto intellecturum, ut primum explicata erit; scribo igitur Τοὺς δὲ Σαμοθρᾷκας Τρῶας ὄντας τῷ γένει, ‖ ἀπὸ τοῦ τόπου δὲ Θρᾷκας ἐπικαλουμένους, ‖ δι' εὐσέβειαν ἐγκαταμεῖναι τῷ τόπῳ. — 4.) Posui τὴν ἡμίσειαν, quamquam apud Maium Zohrabumque in interpretatione latina scriptum est „mediam regni „sui partem;“ sed mira profecto et sane incredibilis haec esset pactio regis Orestarum, praecipue si ultro talia pollicitus esse diceretur. Quod ego scripsi et similitudine verborum, quae nescio an etiam in lingua Armeniaca reperiatur, et narratione alius cuiusdam scriptoris apud Syncellum (p. 158 Ven. 198 Par. et p. 209 Ven. 262 Par.), quem Scaliger Dexippum esse putat (nam Dexippi nomine ut ipse particulam illam partis prioris Eusebii sui inscripsit, ita eam in aliquo codice inscriptam eum repperisse ego non credo, sed e verbis Ἀλέξανδρος οὖν κ' ἄγων ἔτος κατὰ Δέξιππον, quae sunt p. 210 Ven. 263 Par., arbitror eum coniecturam fecisse), et probabilitate rei ipsius commendari videtur. Nihil est enim, neque fuit, opinor, magis consentaneum hominum moribus, quam, si quis bello premitur, vel si quis, quod armis consequi voluerat, id vix efficere posse sibi videtur, ut is, quicunque ei forte oblatus erit, eum in societate accitum secum coniungat,

ἔστι κράτος βασίλειον ἀγαυοῖς Τημενίδαισι
γαίης πλουτοφόροιο· δίδωσι γὰρ αἰγίοχος Ζεύς.

---

ea conditione, ut debellatis hostibus, eorum agros inter se partiantur. — 5.) In Latina Eusebii interpretatione scriptum est „rebus Orestarum compositis," quod quum huius loci non esse quivis intelligat, nihil enim hactenus dictum est, unde componendae fuisse res Orestarum videantur, ego, quod scripsi, a Diodoro dictum fuisse iudicavi. Hoc aut male intelligi poterat ab Armenio interprete, aut ambigue Armeniacis verbis redditum male percipi et in Latinum converti ab interpretibus Italis. 6.) Eordaeorum agros a Macedonibus occupatos tradit etiam Thucydides lib. II. cap. 99, verbis ἀνέστησαν δὲ (οἱ Τημενίδαι τοαρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους) καὶ ἐκ τῆς νῦν Ἐορδίας (supra conieci scribendum esse Ἐορδαίας) καλουμένης Ἐόρδους, ὧν οἱ μὲν πολλοὶ διεφθάρησαν, βραχὺ δέ τι αὐτῶν περὶ Φύσκαν κατῴκηται. — 7.) Scripsi quidem μβ', quod in verbis Latinis hic est numerus, sed vix quicquam umquam certius fuit, quam hunc numerum depravatum esse et scribendum μη', et depravationis culpam aut in librarios, qui Diodori vel Eusebii scripta negligenter descripserunt, aut in Armenium interpretem, qui ambigue scriptam litteram secus, atque opportebat, legit, esse conferendam. Simillima est enim forma litterae η̅ formae litterae β̅ in codicibus vetustis, qualis est etiam codex Vaticanus, qualisque fortasse fuit is codex, unde Armenius interpres Eusebii chronica graeca in Armeniacum convertit. Qui ignorat illas formas, is inspiciat tabulam primam earum, quae additae sunt commentationi palaeographicae F. Bastii: nam in commentatione ipsa Bastius, vir doctissimus, huius similitudinis non ita meminit, ut eius, quae est litterae η̅ cum littera ν̅ negligenter scripta; cuius similitudinis et erroris inde orti exemplum exstat in oraculo, quod Perdiccae editum pro-

ἀλλ' ἴθ' ἐπειγόμενος Βουτηίδα [8]) πρὸς πολύμηλον
ἔνθα δ' ἂν ἀργικέρωτας ἴδῃς χιονώδεας αἶγας

---

xime sequitur: ibi enim Maius legerat εὐνηθέντας ὑπ' ἠῶ, Dindorfius autem, quo pollet, acumine ingenii ὕπνῳ legendum esse perspexit Ut autem hoc loco potius μη', quod sequitur, quam μβ', quod hic scriptum est, retinendum esse arbitrer, Eusebius facit, qui in tabula regum regiorumque annorum, quam apposuit in fine, Perdiccae XLVIII annos tribuit, et Syncellus, qui p. 170 Ven. 212 Par. Perdiccam XLVIII annos regnasse scribit, quum nusquam, quod ego sciam, scriptum sit eum XLII annos regnavisse. Ceterum hunc Perdiccam praestantissimum fuisse priscorum illorum regum Macedoniae, regnique non solum propagatorem, sed etiam verum auctorem, tum Herodotus dicit, qui lib. VIII. capp. 137 seqq. hunc cum duobus fratribus Argis in Macedoniam venisse ibique regnum condidisse tradit, quocum consentit Thucydides lib. II. cap. 100, octo reges ante Archelaum Perdiccae II filium in Macedonia regnasse scribens, tum vero, qui Caranum regnum illud condidisse dixerat, Solinus addit: „Succedit Carano „Perdicca II et XX Olympiade, *primus rex nominatus;*“ quam narrationem confirmant, quae Iustinus scripsit lib. VII. cap. 2. et quae dicta sunt apud Syncellum chron. p. 209 Ven. 262 Par. Miror enim, ut hoc praeteriens dicam, nuperum Georgii editorem Guil. Dindorfium, quum fratrem habeat clarissimum reliquiarum Vaticanarum Diodori editorem, et ipse sine dubio Eusebium Maii satis manu versarit, corruptum quemdam locum chronicorum non hinc persanavisse. Nam etiamnunc ita scribitur apud Syncellum: Οὗτος ὁ Κάρανος λ' ἔτη ἐβασίλευσε, μεθ' ὃν Κοῖνος παῖς ἔτη κη'. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ υἱὸς (quae hic ante Dindorfium addebantur verba Κάρανος ἔτη λ, quum Scaliger in Eusebio suo omisisset, Goarus etiam apud Georgium

εὐνηθέντας ὕπνῳ κείνης χθονὸς ἐν δαπέδοισι
θῦε θεοῖς μακάρεσσι καὶ ἄστυ κτίζε πόληος.

---

omittenda esse censuit) Τυριμμᾶς ἔτη με΄. καὶ τὴν λοιπὴν τῆς Μακεδονίας προσελάβετο χώραν, καὶ καθόλου τὴν βασιλείαν ηὔξησεν. εἶτα Ἀργεῖος Τυριμμᾶ ἔτη λδ΄ κ. τ. λ. Goarus coniecerat post ηὔξησεν addenda esse εἶτα Περδίκκας ἔτη μη΄ et genitivum Τυριμμᾶ, qui post Ἀργεῖος παῖς positus est, delendum. Erravit vir bonus, quamquam eum, nisi verborum structura, quae eiusmodi est, ut vix possis errare in lacunae loco investigando, tamen Iustini Solinique verba, quae supra citavi, docere poterant, ubi illa essent ponenda. Nunc Eusebius et Diodori reliquiae Vaticanae luce clarius ostendunt, apud Dexippum, si quidem inde Georgius illa sumpsit, scriptum fuisse: μετὰ δὲ τοῦτον Τυριμμᾶς ἔτη με΄, μεθ᾽ ὃν Περδίκκας ἔτη μη΄, ὃς καὶ τὴν λοιπὴν τῆς Μακεδονίας προσελάβετο χώραν, καὶ καθόλου τὴν βασιλείαν ηὔξησεν. εἶτα Ἀργεῖος παῖς (cui si quid omnino addendum, addatur Περδίκκα) ἔτη λδ΄ κ. τ. λ. Argaeum Iustinus loco illo, quem supra indicavi, in minime depravata scriptura *Perdiccae filium* appellat, quapropter ego eum hoc loco Tyrimmae filium dictum esse eo minus induci possum ut credam, quod Georgii scripturam non solum omissione verborum necessariorum depravatam videmus, sed etiam inepta repetitione corruptam bis posita illa Κάρανος ἔτη λ΄ demonstrant. — 8.) „Est haec Macedoniae pars, quam Hero„dotus VII. 123. aliique appellant Βοττιαΐδα. MAI. „Id hic scribendum erit Βοτιαιίδα. Et apud Strabo„nem l. VI. p. 427. B. librorum scriptura Βουγείους „in Βοττιαίους mutata est. Licebit tamen etiam de „Βοττηίδα cogitari. DINDORF. Βουτηίδα delendum

Βασιλεύσαντος [9]) δὲ τοῦ Περδίκκου ἔτη μη' τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν Ἀργαῖος [10]) οὗ βασιλεύσαντος ἔτη λα' [11]) τὴν ἀρχὴν διεδέξατο Φίλιππος, ὃς

„erat et Βοττηίδα scribendum cum Niebuhrio histor. „Rom. ed. III. p. 37 annot. 77. Criticus Halensis." Potius Βοττηίδα cum Dindorfio. — 9.) Eusebius his praemisit verba sua: εἶτα μετ' ὀλίγα ἐπάγει. Praeterea quum a me nonnulla sint mutata, Latinam interpretationem huius loci repetendam esse censeo. Est autem haec: „Tum paucis verbis interpositis subdit, regnavisse „Perdiccam annis octo et quadraginta, ab eoque dignita- „tem ad Argaeum devenisse, quem regno annis triginta „unoque perfunctum excepit Philippus, cuius regnantis „habentur anni triginta tres." Miscuit Maius orationi directae orationem, quam dicunt obliquam, sive quod Zohrabus eandem copulationem generum dicendi apud Armenium interpretem invenit, sive quod eam ibi animadvertere sibi visus est. Ego, quum verba interposita εἶτα μετ' ὀλίγα ἐπάγει sine dubio sint Eusebii, Diodori verba omnia in orationem directam restitui, quam servatam esse ab Eusebio, quotiescunque talia interposita sunt, supra cap. V huius libelli mihi videor docuisse. Itaque non modo Diodorum, sed etiam Eusebium hac scriptione a me restitutum esse arbitror. — 10.) De scriptura nominis Wesselingius ad Diodori Bibl. l. XIV. cap. 92 haec disseruit: „Habet noster L. XVI. 3. „Ἀργαῖον ab Atheniensibus in Macedoniam restitutum, „qui quidem non multo diversus ab hoc fuisse videtur. „Verius tamen Ἀργέος aut Ἀργεῖος appellabitur, si „boni commatis sit nummus Goltzii, titulis ΒΑΣΙΛΕΩΣ „ΑΡΓΕΙΟΥ inscriptus, quo de Scaliger ad Euseb. „Chron. num. MDCXXIV." — 11.) Huic Argaeo Georgius Syncellus tribuit annos triginta quatuor; ΛΑ autem et ΛΔ tam facile confundi possunt, ut nequaquam possimus affirmare nostrum numerum a Diodoro scriptum esse.

ἦρξεν ἔτη λγ'. Μετὰ τοῦτον Ἀερόπας [12]) ἔτη κ', Ἀλκέτας δὲ κατέσχεν ἔτη ιη'· εἶτα Ἀμύντας μὲν ἔτη μθ', Ἀλέξανδρος δὲ μδ'. Μετὰ δὲ τοῦτον Περδίκκας μὲν ἦρξεν ἔτη κβ' [13]) Ἀρχέλαος δὲ ἔτη ιζ', [14])

12.) Dubitari potest, quomodo hoc nomen scribendum sit, est enim Iustino Aeropus, itemque Eusebio in altera parte chronici, neque aliter in Diodori codicibus ille scriptus est rex Macedoniae, qui post Archelaum, pupillo Oreste interfecto, regnavit Diodoro teste lib. XIV. cap. 37 et 84, quemque et ipsum hoc loco Ἀερόπαν scriptum videmus. — 13.) Eusebius in tabula, quae huic capiti addita est, et Syncellus praebent κγ' quem numerum annorum, quum a Philochoro Marsyaque Perdiccae tributum esse ex Athenaei lib. V. cap. 18. cognoverimus, haud scio an κβ', quot anni Perdiccae nusquam alias tribuuntur, cum illo numero permutandi sint. — 14.) Scripsi ιζ' cum interpretibus Latinis, cum Armenio, et ni fallor cum Diodoro. Temporum notationem regum Macedonum praesertim, huius aetatis esse difficillimam multi iam senserunt; multi etiam dubitandum esse in his rebus de fide historica Diodori putarunt: maxime Dodwellus. Ego hanc non defendam; fecit id Wesselingius vir doctissimus, in annotatione ad lib. XIV. cap. 37, cuius ibidem etiam haec sunt verba: „Porro ἔτη ἑπτά, quae „Archelaus regnasse perhibetur" (scriptum est enim in codicibus Diodori lib. XIV. cap. 37. κατὰ τὴν Μακεδονίαν Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς — τὸν βίον μετήλλαξε βασιλεύσας ἔτη ἑπτά), „retineri posse. „Is. Casaubonus censuisse videtur ad Athen. L. 18., sed „qui recordatus non fuit, ante hos decem annos eum „Macedonibus iam imperasse. Vid. supra L. XIII. 49. „Rectius ergo mutantur, qua tamen in re immodicus est „Th. Lydiatus, εἴκοσι *viginti* refingens ad Marm. Oxon. „p. 8. deceptus haud dubie a Pario Marmore, quod „Archelai regis initia illi anno illigat, quo Astyphilus

Ἀερόπας[15]) δὲ ἔτη ς', Παυσανίας δὲ ἔτος α', Πτολεμαῖος δὲ ἔτη γ', Περδίκκας δὲ ἔτη ε', Φίλιππος

„Athenis Archon fuit, verum errante. Nam Perdiccae „adhuc regnantis et superstitis meminit Thucydides quinto „ab Astyphilo anno sive Olymp. XCI principio, L. VI. 7. „Propius itaque a vero recedunt Humfr. Prideaux. ad „Oxon. Marm. p. 222. et H. Dodwellus Annal. Thucyd. „p. 32, τέσσαρες καὶ δέκα" (scribas τέσσαρα καὶ „δέκα ἔτη) sive *XIV annos* Archelao contribuentes. „Tot enim Syncellus Chronograph. p. 262 eum regno „praefuisse ait, totque patiuntur omnia, quae de Per„dicca et Archelao consignata litteris reperimus." In eodem errore, quem in Casaubono Wesselingius reprehendit, fuit Scaliger, qui tum in animadversionibus ad Euseb. chron. ann. MDCIX, tum in συναγωγῇ ἱστοριῶν Olymp. XCV. 1 septem illos annos pertinacissime retinet; quamquam vix credi potest, eundem ad Olymp. LXXXVII. 4 in συναγωγῇ, et ad ann. MDLXXXV Euseb. in animadversionibus haec scripsisse: „Perdiccas „moritur eodem anno, quo Pericles, Ἐπαμείνονος „ἄρχοντος, quarto Olympiadis LXXXVII, qui erat „tertius belli Peloponnesiaci. Diodorus: Περικλῆς δ' „ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελο„ποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος, „ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας καὶ τὴν βασιλείαν „Ἀρχέλαος διαδέχεται." Quae tantum abest, ut scripserit Diodorus, ut contra primam Perdiccae regnantis mentionem ab eo factam esse anno sequenti reperiamus (Bibl. lib. XII. cap. 50.). Sunt illa verba Athenaei lib. V. cap. 18, et corruptissima, neque fortasse ita corrigenda, ut voluit ea corrigere Casaubonus. Palmerius ad Diodori locum illum lib. XIV. cap. 37 scripserat: „Hunc Craterum Plutarchus in Erotico Crateam vel Crateuam vocat. Sed de septennio regni Archelai

δὲ ἔτη κδ'. Ἀλέξανδρος πλείω τῶν ιβ' ἐτῶν Πέρσαις ἐπολέμησε. — Καὶ τοῖς τῶν Μακεδόνων βασιλεῦσι τὸ γένος οἱ ἀξιοπιστότατοι τῶν συγγραφέων, ὧν εἷς καὶ Θεόπομπος, οὕτως ἀναφέρουσιν εἰς Ἡρακλέα· [16]) Κάρανος Φείδωνος τοῦ Ἀριστο-

„manifesto calculus errat. Nam supra Glaucippo Ar-„chonte regnantem Archelaum facit: at a Glaucippo ad „Lachetem intersunt anni decem. Forte scripserat „ἑπτὰ καὶ δέκα. Sed Dexippus, ut ait Petavius, XIV „tantum annos regnasse Archelaum dixit. Ex litteris „numeralibus error manavit, ut amat fieri." — Hic igitur iam opinatus erat, scribendum esse ἑπτὰ καὶ δέκα, quod nunc Armeniaca Eusebii interpretatio praebet; sed ipse coniecturae suae non confidit. Ego non dubito, quin Diodorus ita scripserit, quamquam haud ignoro Thucydidem non solum, ut ait Wesselingius, quinto ab Astyphilo anno sive Olymp. XCI principio Perdiccae adhuc regnantis et superstitis meminisse lib. VI. cap. 7, sed etiam biennio post sive Olymp. XCI. 3 eundem vivum atque vigentem inducere lib. VII. cap. 9. Sed Thucydides non est Diodorus, neque hoc loco quaeritur, quo anno Archelaus regnum acceperit, sed quo anno regem eum factum esse Diodorus scripserit. Quum autem Athenaeo lib. V. cap. 18 teste Perdiccae regi Nicomedes 41, Anaximenes 40, Theopompus 35, Hieronymus 28, Marsyas et Philochorus 23 annos tribuerint, fieri vix potest, ut omnes in anno primo Archelai regis definiendo consenserint. — 15.) vid. annot. 12. — 16.) In interpretatione Latina Eusebii, quam Maius Zohrabusque fecerunt, scriptum est: „Et Macedonum „quidem regum genus a probatae fidei historicis ad „Herculem usque refertur:" Syncellus praebet: γενεαλογοῦσι δ' αὐτὸν οὕτως, ὥς φησι Διόδωρος καὶ οἱ πολλοὶ τῶν συγγραφέων, ὧν εἷς καὶ Θεόπομπος, quae ego ita coniunxi, ut supra scripta sunt in verbis

δαμίδα τοῦ Μέροπος [17]) τοῦ Θεοστίου τοῦ Κισσίου [18]) τοῦ Τημένου τοῦ Ἀριστομάχου τοῦ Κλε-

---

Diodori. — 17.) De hoc nomine et de toto stemmate Wesselingius hanc scripsit annotationem: „Hunc Satyrus" (apud Theophilum p. 96 lib. II qui est ad Autolycum) „eius loco *Acoum* ponens, cui pater fuerit *Thestius*, „avus *Maron*, proavus *Cisus*. E quibus Thestium et „Cisum, sive Κεῖσον et Θέστιον, rectius scribit, ut „ex Pausania L. II, 19, 26, notum est: perperam vero „Syncellus negligit *Maronem*. Caranus enim ἑνδέκατος „ἦν ἀπὸ τοῦ Ἡρακλέους καὶ ἕβδομος ἀπὸ τοῦ „Τημένου, sicuti ipse ait p. 188 et p. 209, et Syncello longe antiquior marmoris Parii auctor, de Phidone „locutus. Atqui nec undecimus ab Hercule, neque septi„mus a Temeno esse poterit, nisi si in seriem maiorum „eius Maronem istum addideris. Novi Velleii Paterculi „verba ex L. I, 6, *Caranus — sextus decimus ab Hercule*. „Sed ea non moror, quippe prava et hinc instauranda. „Pro Κλεοδάτους scribe Κλεοδαίου et vide adscripta „L. IV, 31. De sequenti maiorum Carani serie nihil „habeo, quod admoneam, nisi in Veneta Syncelli editione, „ut plurima alia, longe corruptissimam esse." — 18.) Wesselingii verbis, quae annotatione superiore proxima protuli, haec de Ciso Temeni F. addo: Κίσσιον hoc loco Κεῖσον scribendum esse non puto, sed Κίσσον; nam apud Strabonem lib. X. cap. 4. §. 18. p. 481 scriptum video Κίσσον παῖδα τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος, ex quibus verbis interpretanda Scymni illa arbitror (v. 531) Ἄργους τε Κρίσσην καὶ μετ' αὐτοῦ Τήμενον, quae recte emendavit Vindingius scribens Ἄργους τε Κίσσον καὶ μετ' αὐτοῦ Τήμενον; neque quicquam praeterea mutandum, utrumque enim Argorum conditorem legimus appellatum. Idem autem ab Hygino fab. CXXIV *Clitus* nominatus est, si quidem

αδάτους τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέους. [ἔνιοι δὲ ἄλλως γενεαλογοῦσι, φάσκοντες εἶναι Κάρανον Ποίαντος τοῦ Κροίσου τοῦ Κλεοδαίου τοῦ Εὐρυβιάδα τοῦ Δεβάλλου τοῦ Λαχάρους τοῦ Τημένου, ὃς καὶ κατῆλθεν εἰς Πελοπόννησον. [19]) —] [20]) —

sana est scriptura. Κίσσον etiam magis confirmant urbs Κισσός, quae fuit non procul ab Axio flumine, et cuius cives a Cassandro Thessalonicam sunt transducti, regesque populi finitimi Macedonibus Κισσαῖς, qui in veterum scriptis inveniuntur (cf. Strabo lib. VII. p. 330. Exc. 10. Pausan. IX. 40. 4.). — 19.) Hæc utrum Diodori sint nec ne incertum est. Si autem sunt Diodori, principium prioris stemmatis aptius ita scribetur: Καὶ τοῖς τῶν Μακεδόνων βασιλεῦσι τὸ γένος οἱ μὲν ἀξιοπιστότατοι κ. τ. λ. — 20.) Ne quis duas tantum esse γενεαλογίας Carani arbitretur, tertium nomen patris Carani reperitur in fabula quadam Macedonica, quae e Marsya in Etymologico magno et in Gudiano servata est, ubi hæc sunt de *Coeno* Carani filio: Λέγεται δὲ Κοινὸς βασιλεὺς Μακεδόνων. Μαρσύας ἱστορεῖ ὅτι Κνῶπις τὸ γένος Κόλχος εἰς Μακεδονίαν ἐλθὼν διέτριβε παρὰ Καράνῳ. υἱοῦ δὲ γενομένου τῷ Καράνῳ καὶ βουληθέντι τὸν παῖδα ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομάζειν Κεράνορα (Gud. Καράρονα) ἀνθίστατο ἡ μήτηρ, καὶ αὕτη (f. καὶ αὐτὴ) ἀπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ὀνομασθῆναι τὸν παῖδα βουλομένη. Κνῶπις δ' ἐρωτηθεὶς εἶπε μηδ' ἑτέρου (f. μηδετέρου) ὀνομάζεσθαι αὐτόν. διόπερ Κοινὸς ἐκλήθη. —

Cap. XI.

Quomodo ordinandae et explicandae sint particulae priores libri octavi Bibliothecae Diodori Siculi?

Exposui superioribus capitibus, quomodo reliquias libri septimi Bibliothecae Diodori Siculi ordinandas, scribendas, explicandas esse censeam, hoc capite et proxime sequentibus disseram de particulis quibusdam librorum posteriorum eiusdem Bibliothecae, quas inventas in reliquiis Vaticanis Maius aut plane non explicavit, aut minus recte interpretatus esse videtur. Qua in re si nonnullos etiam aliorum errores tum in digerendis ceteris Diodori reliquiis, tum in explicandis eisdem commissos coarguero, haud malam me initurum spero gratiam ab omnibus illis, qui Bipontinorum, ut hos potissimum nominem, sententiis nimium credere consueverunt. — Initium faciam a prima particula libri octavi, quam esse caput illud de vacatione militiae Eleorum, quod est in Excerptt. de virtt. et vitt. p. 547. T. II Wessel. et in reliqq. Vaticc. cap. IV. p. 4. Mai., iam supra docui. Bipontini haec verba ad Lycurgum retulerunt, a quo nonnulli Olympicum certamen institutum putant, sed praepostere illi fecerunt, quum Lycurgi aetatem anno 884 a. Ch. n. descripserint; quicumque enim ex omni antiquitate Lycurgo Olympiorum constitutionem tribuunt, ii Lycurgum prima Olympiade i. e. 776 ante Ch. n. vixisse, non primam Olympiadem Lycurgi aetate sive anno 884 a. Ch. n. celebratam esse

autumant. Ego ea non ad Lycurgi aetatem, sed ad annum 776 a. Ch. n., qui est primus primae Olympiadis, refero. Verba ipsa quum in Vaticano codice haec tantum reperiantur: ὅτι οἱ Ἠλεῖοι τῶν κοινῶν πολέμων οὐ μετεῖχον· καὶ γὰρ ὅτε Ξέρξης ταῖς τοσαύταις μυριάσιν ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ἀφείθησαν ὑπὸ τῶν συμμάχων τῆς στρατείας προσταξάντων τῶν ἡγεμόνων· πλεῖον γὰρ (hanc particulam e Dindorfii coniectura inserui) [1])

1.) Supra cap. IX quum male syllaba quaedam repetita esset, huius depravationis aliquot exempla protuli, nunc vocula illa γὰρ, quam Dindorfius summo iure desideravit in verbis Diodori, admonet me, ut etiam omissionum quaedam exempla afferam e Scymno Chio. Atque ut a simillimo incipiam, tradit Scymnus „Sybaritas eo super-„biae processisse ut auderent certamen Olympicum dis-„solvere hoc consilio:" (v. 352 seqq.) ἁδρόμισθον δὴ γυμνικόν τιν᾽ ἐπετέλουν ‖ κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις, ἵνα ‖ πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπαθλίοις ἀγόμενος ‖ σπεύδοι καταντᾶν ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα, ex quibus versibus primus et tertius vacillant alter deficiente syllaba, alter redundante. Ἀδρόμισθον, quod pro ἁδρόμισθον Scaligerum scripsisse dicunt, ego in Eusebio Amstelodamensi, qui post mortem Scaligeri editus est anno MDCLVIII, non reperio, sed ἁδρομίσθιον, quod vocabulum sane versum sustinet, sed num Graecum sit, iure dubitari posse videtur. Græci, si quae explanandi caussa addunt, utuntur vocabulo γὰρ, scribendum igitur ἁδρομίσθον δὴ γὰρ γυμνικόν τιν᾽ ἐπετέλουν, et cetera ita reficienda: κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις, ἵνα ‖ πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις ἀγόμενος ‖ σπεύδοι καταντᾶν, ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα, nam ἐπάθλοις, quod

αὐτοὺς ποιήσειν, ἐὰν ἐπιμελῶνται τῆς τῶν θεῶν τιμῆς, vix aliter a Diodoro prolata esse possunt,

unum verum est, est in Palatino codice. Versum 44 quum Hudsonus ita edidisset: ὅταν ἱστορίαν λέξις ἔμμετρος πλέκῃ, annotationem addidit hancce teste Gailio: „Ita cod. Casaub. et Vinding. Ὅταν ἱστορία „καὶ λέξεις edidit Hoeschelius. In notulis autem λέξεις „(fort. λέξις) reponendum esse voluit. Sic Morellus „interpretatur: *Perfecta namque tum venustas undique est,* „*res quando concinnusque sermo nectitur.*" Si Hoeschelius codicis Palatini auctoritate scripsit ὅταν ἱστορία καὶ, ego scribam ὅταν ἱστορίαν καὶ λέξις ἔμμετρος πλέκῃ. Versus 151 seqq. scribunt: Εἶτ' ἐχομένη 'στι νῆσος ἡ καλουμένη || Ἐρύθεια, μεγέθει [μὲν] βραχεῖα παντελῶς, || βοῶν ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων κ. τ. λ.: μὲν additum esse dicitur ab Hoeschelio ideoque ab eodem uncis inclusum; sed si hoc recte additum est, ut est, sequens versus aegre vocula δὲ carere posse videtur, quare scribam βοῶν ἀγέλας δ' vel βοῶν δ' ἀγέλας, quod fortasse praeferendum. Versus 248 seqq. hi sunt apud Gailium: — οὗ Κερβέριόν τι δείκνυται || ὑπὸ χθονὶ μαντεῖον. ἐλθεῖν φασὶ δὲ || δεῦρο παρὰ Κίρκης ἐπανάγοντ' Ὀδυσσέα. Interpretes nihil de corruptione versus medii: perspicuum est autem et numerorum caussa et sententiae scribendum esse — οὗ Κερβέριόν τι δείκνυται || ὑπὸ χθονὶ μανθεῖον· κατελθεῖν φασὶ δὲ || δεῦρο παρὰ Κίρκης ἐπανάγοντ' Ὀδυσσέα. Versus 334 seq. sunt apud Gailium: συναγομένη γὰρ λιμέσιν ἐπ' ἰσθμὸν δυσὶν || πάσῃ * σκλεπεινην καταγωγὴν ἔχει. Ego nunc ceterorum annotationes et emendationes non repetam, sed ne, quum alii multa de his versibus dixerint, ego nihil dixerim, dicam, quomodo scribi possint

quod in titulo de sententiis servata sunt. Apparet enim non solum pietatis illud argumentum, quod, in fine positum est, sed etiam τὰς τοσαύτας μυριάδας cum reliquis sententiae caussa adscriptas esse, nec de ulla parte huius sententiae dubitari posse nisi de primis verbis (ὅτι) οἱ Ἠλεῖοι τῶν κοινῶν πολέμων οὐ μετεῖχον. In verbis illis, quae

versus; ita enim numeri bene se habent: συναγομένη γὰρ λιμέσιν εἰς ἰσθμὸν δυσὶν || πᾶσι σκάφεσι σκεπηνὴν καταγωγὴν ἔχει. num autem Scymni sint, ipse valde dubito. Versu 339 seqq. est Σύβαρις, Ἀχαιῶν ἐπιφανὴς ἀποικία, || μυριάδας δέκα ἔχουσα τῶν ἀστῶν σχεδὸν, || περιουσίᾳ πλείστῃ τε κεχορηγημένη, ubi ego hiatus evitandi et concinnitatis augendae caussa malim μυριάδας δέκα τ' ἔχουσα τῶν ἀστῶν σχεδόν. Versus 368 apud Gailium est Μεσαίτατον δ' οἰκοῦσιν Ὀμβρικοὶ [λεῴ], in quo versu, quod uncis inclusum est, Scaliger, quum deficientem pedem in manuscripto codice animadvertisset, e coniectura sua addidit. Salmasius maluit πέδον. Neutrum sine dubio Scymnus scripsit. Quamquam autem ego quam maxime in primo versus vocabulo haereo, quod eadem conditione esse videtur, qua versu 363 Μεσαίγεων, de quo dubitant, tamen, quum sane possit fieri, ut μεσαίτατος vocabulum huius loci sit, proponam, quod cum eo apte iungatur: quid enim si scribatur Μεσαίτατοι δ' αὐτῶν οἰκοῦσιν Ὀμβρικοί, ut αὐτῶν sit „gentium Italarum, quae sunt ad mare „Adriaticum Ioniumque?“ — Levissima accessione emendabitur versus 590, qui est ὃς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ' αὐτοῦ Λοκρούς, ubi nemo est cui non in mentem veniat scribendum esse ὃς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ Λοκρούς. —

sunt in Excerptt. de virtt. et vitt. secus se res habet; ea non sententiae, non verborum caussa descripta sunt, sed propter rem ipsam. In eis scribendis doctus ille scriba non verba, non sententias servavit, rem narratam reddidit sed contractis atque concisis sententiarum membris, ita ut eius, quam ille scripsit, sententiae principium ipsa verborum apta constructione careat. Nam si omnino ibi Diodori verba quodammodo conservata sunt, certe non *ὑφορᾶσθαι* sed *ὑφορωμένους* scribendum est. Verba sunt haecce: *Ὅτι τῶν Ἠλείων πολυανδρουμένων καὶ νομίμως πολιτευομένων ὑφορᾶσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους τὴν τούτων αὔξησιν, συγκατασκευάσαι τὸν κοινὸν βίον, ἵν' εἰρήνης ἀπολαύοντες μηδεμίαν ἔχωσιν ἐμπειρίαν τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. καὶ καθιέρωσαν αὐτοὺς τῷ θεῷ συγχωρησάντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. καὶ οὔτ' ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας συνεστρατεύθησαν, ἀλλὰ ἀφείθησαν διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῆς τοῦ θεοῦ τιμῆς. ὅτι δὲ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐμφυλίοις πολέμοις οὐδεὶς αὐτοὺς παρηνόχλει* (fort. *παρηνώχλει*) *διὰ τὸ πάντας τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν σπεύδειν ἱερὰν καὶ ἄσυλον φυλάττειν. ὕστερον δὲ πολλαῖς γενεαῖς* (*συνέβη* addit Valesius) *καὶ στρατεῦσαι τούτους καὶ ἰδίᾳ πολέμους ἐπανελέσθαι.* — In his verbis praeterea illa *καὶ οὔτ' ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας συνεστρατεύθησαν* ego iam non moror, quum non Diodori, sed Constantinopolitani illius, qui iussu imperatoris librum de virtutibus et vitiis confecit, esse cognoverim. Verum etiam huius caussa recipiendum erat *ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας* ex Salmasii



coniectura pro τῆς ἐπὶ Ξέρξη στρατείας, et scribendum esset οὐδὲ non οὔτε, nisi ille seculo decimo post Christum natum scripsisset; [2]) ut re vera in verbis ipsius Diodori, quae proxima sunt in reliquiis Vaticanis καὶ μὴ συγχωρηθείσης μήτε λαθραίας συμπλοκῆς πρὸς ἄνδρα· μηδένα γὰρ οὕτω παραφρονῆσαι ὥστε ἐφημέρου χάριν ἡδονῆς τὰ μακαριζόμενα τοῦ βίου παντὸς ἀντικαταλλάξασθαι scribendum est μηδὲ λαθραίας συμπλοκῆς; non est enim „nec concessa nec clandestina consue„tudine cum viro," sed est „et ne clandestina qui„dem consuetudine cum viro concessa;" vel ut ait Livius lib. XXXIII. cap. 44 „Ingenti classe, „egregio terrestri exercitu in Europam eum tra„iecisse. nisi avertisset vana spes ex vaniore „rumore orta Aegypti invadendae, mox bello „Graeciam arsuram fuisse. *neque enim ne Aeto„los quidem quieturos*, cum ingenio inquietam, „tum iratam Romanis gentem etc.," ita hoc loco fortasse Latine dicere liceat „*nec* concessa „*ne* clandestina *quidem* consuetudine cum viro." — Maius huic posteriori sententiae adscripsit „Sine

2.) Non me fugit Schaeferum, virum doctissimum, καὶ οὔτε tueri ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 183, sed quem ille profert locum Aristaeneti I. ep. 6 πέπαυσο τούτων καὶ μηδὲ περαιτέρω ἐξαμάρτανε, eum nescio cur afferat, quum μηδὲ non μήτε scriptum sit, et Xenophontis Ephesii verba p. 29 εὐθὺς μὲν ἀχανὴς ἦν, καὶ οὔτε τι ἀποκρίνεσθαι ηὔρισκεν Locella e verbis p. 36 ἔκειτο ἀχανὴς, οὐδὲ προσφθέγξασθαί τι δυναμένη, quae Abreschius citaverat, sine dubio emendavit, scribens καὶ οὐδέ τι. —

„dubio sermo est de vestali Rhea Sylvia, matre „Romuli.“ Sane. Sed quod in tabula chronologica, quam Diodori reliquiis addidit, hanc sententiam anno 19 ante Urbem conditam tribuit, id equidem non laudaverim; quamquam hoc quidem laudabilius esse videtur, quam quod Bipontini ei particulae, quae hanc excipit, quae est ὅτι ἐκτεθέντων — εἰς οὓς προστάξαιεν τόπους (Excerptt. de virtt. et vitt. Wessel. p. 547 T. II.) adscripserunt Olymp. I. 2 vel 775 a. Ch. n. Hic est enim annus, quo Silvia Vestalis facta est ab Amulio, quum Maius annum, quo a Marte compressa fertur, aut quo geminos peperit, scripserit. Namque Dionysius, quocum fere consentit Diodorus, lib. I cap. 79 e Fabio narrat Romulum Remumque octodecim annos natos fuisse, quum Amulio interfecto Numitorem in regnum Albae Longae restituerent: Tarutius Varroni, ut ait Plutarchus Romul. cap. 12, annum, quo Romulum mater utero conceperit, esse prodidit Olymp. II. 1, unde si cum Varrone Urbem conditam esse Olymp. 6. 3 extr. statuimus, fere idem efficitur: consentiunt etiam Ovidius Fastt. lib. III. v. 59. Dio Cass. apud Tzetzem ad Lycophr. Cassandr. p. 158, alii: praeterea Dionysius Sylviam anno quarto, postquam Vestalis facta esset, compressam esse scribit lib. I cap. 77. Sed multo probabilius esse videtur, neque hanc nostram particulam, neque illam, quae est in Excerptt. de virtt. et vitt. suis annis, i. e. eo anno quo Rhea Sylvia Vestalis facta est, vel anno 25 ante Urbem conditam, et eo anno, quo geminos partus edidit,

vel anno 18 ante U. cond., sed utramque anno altero Olympiadis septimae, quo Urbs condita est, positam fuisse.

Nihili etiam sunt, quae Maius in annotatione scripsit: „Iam vero fragmentum hoc sine dubio „pertinet ad septimum Diodori librum, quoniam „ex Eusebio chron. I. 46, cognoscimus Diodorum „res regum Latinorum et Romae initia eo in „libro narravisse. Ergo etiam superiores partes „e septimo sunt, quandoquidem in sexto res „adhuc ante Troiam captam fuisse comprehensas, „testis est ipse Diodorus in prohoemio operis „cap. IV. Quare Wesselingius T. II. p. 546 „res sexti libri discernere debuisset ab illis „septimi, quae mox ibi consequuntur, ne incauti „forte lectores ad sextum librum cunctas referrent." Sane enim Wesselingius alio potius titulo uti debuit in Excerptis de virtt. et vitt., nam is, qui ignarus operis Diodorei in fronte Excerptorum leget *librum sextum* neque ante librum undecimum ullum novi libri titulum inveniet, in eum errorem incidere potest, ut omnia illa Excerpta e libro sexto desumpta esse arbitretur, quamquam si percurret tantum volante oculo, statim errasse se intelliget: sane superiores quidem partes harum reliquiarum praeter particulam de Olympico certamine instituto sunt septimi libri, et cognoscimus quidem ex Eusebio Diodorum res regum Latinorum in libro septimo narravisse, sed Romae initia ab eo libro septimo narrata esse nusquam legi, et particulam de certamine Olympico instituto e libri octavi exordio sumptam esse supra

mihi videor probasse. Libro octavo, ut plane dicam, quod sentio, sub anno altero Olympiadis septimae, quum de origine Urbis Romae dicturus esset Diodorus, Romuli Remique historiam breviter ab initio retulit, Sylviae eorum matris mentionem fecit, et omnium earum rerum, quibus opus erat ad Romuli Remique historiam illustrandam. Haec mea est sententia, atque eam cuique intelligenti, qui rem aliquanto diligentius secum reputarit, probatum iri confido.

Quod autem dicit *μηδένα γὰρ οὕτω παραφρονήσειν ὥστε ἐφημέρου χάριν ἡδονῆς τὰ μακαριζόμενα τοῦ βίου παντὸς ἀντικαταλλάξασθαι*, poenas spectat non modo virginis Vestalis stupri compertae, sed adulteri, quem verberibus necabant (cf. Festus s. v. probrum virginis. Livius XXII. 57. et Noehden, vir doctissimus in Classical Iournal 1817 Decembr. s. N. 32. p. 332, qui praeter hos locos exemplorum gratia citavit Sueton. Domit. 8 (coll. Neron. 49), Dionys. Arch. VIII. 89. IX. 40.).

Particulae sequentis, quae est ex Excerptis de virtt. et vitt., prima sententia haec est: *ὅτι τούτων ἐκτεθέντων, ἐπειδὴ τοῦ χρόνου προϊόντος ἠνδρώθησαν, πολὺ διέφερον τῶν ἄλλων κάλλει καὶ ῥώμῃ.* Cuius sententiae, quod in principio positum est participium, sive compositionem verborum spectas, sive narrationem ipsam, ineptissime usurpatum esse fatebere; neque dubitari potest, quin verba haec *ὅτι τούτων ἐκτεθέντων* Byzantinus ille scriptor huius epitomae, quum reliquam narrationem satis accurate retulisse videatur, non

desumpserit e Diodori verbis, sed ipse sua sponte ceteris praemiserit, ut lectori ostenderet, Diodorum antequam haec scriberet, de infantibus expositis disseruisse. Nam saepissime hoc artificio scriptorem illum usum esse demonstrant et verba prima particulae proxime sequentis, quae minime cum reliquis cohaerent, et multa eiusdem moris eius exempla, quae in posterioribus reliquiis lectori occurrunt.

Hanc particulam Excerptorum de virtt. et vitt. excipit caput de Romuli Remique auspiciis Urbis condendae caussa factis, quod est in reliquiis Vaticanis p. 5 ed. Mai. ὅτι ὀρνιθευομένων Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου περὶ οἰκισμοῦ πόλεως, καὶ ἐκ τῶν δεξιῶν μερῶν διοσημείαν γενέσθαι, φασὶ καταπλαγέντα τὸν Ῥέμον ἐπιφθεγξάμενον εἰπεῖν τῷ ἀδελφῷ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολλάκις ἐπαριστέροις βουλεύμασιν ἐπιδέξιος ἀκολουθήσει τύχη· προπετῶς γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄγγελον ἀποστείλαντος καὶ τὸ καθ᾽ αὑτὸν [3]) μέρος ὅλως ἡμαρτηκότος ὑπὸ ταὐτο-

3.) αὑτὸν et διωρθῶσθαι scripsit Dindorfius pro αὐτὸν et διορθώσασθαι, quae sunt in libro Romano; eidem τύχην debemus, quam supra in locum δίκης restituit. Pronomina illa ut facile confunduntur, ita saepe confusa sunt: ut in narratione illa certaminis Sabinorum Romanorumque diremti mulierum interventu, quae ex historia Dionis Cassii servata est cap. III p. 136 reliquiarum Vaticanarum a Maio editarum, quam quod sane digna relatu et passim emendanda est, totam hoc loco pono. Sunt igitur verba libri Romani haecce: Ὅτι ἡ Ἑρσιλία καὶ αἱ ἄλλαι ὁμόφυλοι γυναῖκες τηρήσασαί ποτε ἀντιπαρατεταγμένους

μάτου διωρθῶσθαι τὴν ἄγνοιαν. **de cuius sententiae principio Dindorfius in annotatione scripsit:**

σφᾶς κατέδραμον ἀπὸ τοῦ Παλατίου μετὰ τῶν παιδίων· ἤδη γάρ τινα ἐγεγένητο· καὶ ἐς τὸ μεσαίχμιον ἐξαπίνης εἰσπεσοῦσαι πολλὰ καὶ οἰκτρὰ καὶ εἶπαν καὶ ἐποίησαν· ποτὲ μὲν γὰρ πρὸς τούτους, ποτὲ δὲ πρὸς ἐκείνους βλέπουσαι, τί ταῦτα, ἔφασαν, ποιεῖτε πατέρες; τί ταῦτα ἄνδρες; μέχρι ποῦ μαχεῖσθε; μέχρι ποῦ μισήσετε ἀλλήλους; καταλλάγητε τοῖς γαμβροῖς, καταλλάγητε τοῖς πενθεροῖς· φείσασθε πρὸς τοῦ Πανὸς τῶν τέκνων, φείσασθε πρὸς τοῦ Κυρίνου τῶν ἐκγόνων· ἐλεήσατε τὰς θυγατέρας, ἐλεήσατε τὰς γυναῖκας· ὡς εἴ γε ἀκαταλλάκτως ἔχετε, καί τις ὑμᾶς βαρὺσκηπτὸς μανίας εἰσπεσὼν οἰστρεῖ, ἡμᾶς τε δι᾽ ἃς μάχεσθε προαποκτείνετε, καὶ τὰ παιδία ταῦτα τέμνετε προαποσφάξατε ἵνα μηδὲν ἔτι μήτε ὄνομα μήτε σύνδεσμον συγγενείας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες κερδάνητε τὸ μέγιστον τῶν κακῶν, τὸ τούς τε πάππους τῶν παίδων καὶ τοὺς πατέρας τῶν ἐκγόνων φονεύειν. ταῦτά γε ἔλεγον καὶ τὰ ἱμάτια καταῤῥηξάμεναι, τούς τε μαστοὺς καὶ τὰς γαστέρας γυμνώσασαι, αἱ μὲν αὐτοῖς ξίφεσι ὑφ᾽ ὧν ἐνέχριμπτον, αὑτάς τε καὶ τὰ παιδία αὐτοῖς προσέῤῥιπτον· ὥστε ἐκείνους καὶ ἐξ ὧν ἑώρων κλαῦσαι, καὶ τῆς μάχης ἐπισχεῖν· καὶ ἔληγον αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο κληθέντι· κομίρε **[scribendum erat** *κομῖρε***]** *γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι.* **Extrema verba huius sententiae Maius ita, ut scripta sunt, refingenda esse putavit e Plutarcho,**

„haec manca esse tum structura ostendit tum res „quemadmodum ab Dionysio aliisque narratur.“

---

quum in codice Vaticano nihil scriptum sit, nisi κ. ἐ. αὐ. ὤ. εἶ. ἐν τῷ κομιτίῳ δι' αὐτὸ τοῦτο κληθέντι συνελθεῖν. In vocabulo βασκηπὸς lineolis indicavi, post primam syllabam paginam 196 codicis finiri; ab reliqua vocabuli parte sequens pagina incipit. Ego quum posteriorem sententiae partem multis locis mutandum esse censeam, hoc loco proponam, quomodo eam putem partim scribendam esse partim rectius scribi posse, nam me ubique Dionis manum restituisse asseverare sane non possum. Scribo autem: ὡς (aut καί, vel ἤ, vel ἀλλ') εἴ γε ἀκαταλλάκτως ἔχετε καί τις ὑμᾶς σκηπτὸς μανίας εἰσπεσὼν οἰστρεῖ, ἡμᾶς τε δι' ἃς μάχεσθε προαποκτείνετε, καὶ τὰ παιδία ταῦτα τὰ νήπια (vel τὰ ἡμέτερα) προαποσφάξατε ἵνα μηδὲν ἔτι μήτε ὄνομα μήτε σύνδεσμον συγγενείας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες κερδάνητε τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸ τοὺς πάππους τῶν παιδίων καὶ τοὺς πατέρας τῶν ἐκγόνων φονεύειν· ταῦτά γε ἔλεγον καὶ τὰ ἱμάτια καταῤῥηξάμεναι τούς τε μαστοὺς καὶ τὰς γαστέρας γυμνώσασαι αἱ μὲν τοῖς ξίφεσι σφῶν ἐνέχριμπτον, αἱ δὲ αὑτάς τε καὶ τὰ παιδία αὐτοῖς προεῤῥιπτον· ὥστε ἐκείνους καὶ ἐξ ὧν ἑώρων κλαῦσαι, καὶ τῆς μάχης ἐπισχεῖν, καὶ ἐς λόγους (sive ἀλλήλοις) αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι' αὐτὸ τοῦτο κληθέντι συνελθεῖν. Tutius et confidentius emendare possemus, si Zonaras, quum hanc historiam traderet, Dione auctore usus esset; sed ille, ut solet facere, quotiescunque potest, Plutarchum hoc loco sequitur: neque id minus exoptatum videbitur homini critico, nam huic fortasse aliquid auxilii inde ferri potest. Et potest sane,

αὐτοὺς ποιήσειν, ἐὰν ἐπιμελῶνται τῆς τῶν θεῶν τιμῆς, vix aliter a Diodoro prolata esse possunt,

---

unum verum est, est in Palatino codice. Versum 44 quum Hudsonus ita edidisset: ὅταν ἱστορίαν λέξις ἔμμετρος πλέκη, annotationem addidit hancce teste Gailio: „Ita cod. Casaub. et Vinding. Ὅταν ἱστορία „καὶ λέξεις edidit Hoeschelius. In notulis autem λέξεις „(fort. λέξις) reponendum esse voluit. Sic Morellus „interpretatur: *Perfecta namque tum venustas undique est, „res quando concinnusque sermo nectitur.*" Si Hoeschelius codicis Palatini auctoritate scripsit ὅταν ἱστορία καὶ, ego scribam ὅταν ἱστορίαν καὶ λέξις ἔμμετρος πλέκη. Versus 151 seqq. scribunt: Εἶτ' ἐχομένη ἐστι νῆσος ἡ καλουμένη ‖ Ἐρύθεια, μεγέθει [μὲν] βραχεῖα παντελῶς, ‖ βοῶν ἀγέλας ἔχουσα καὶ βοσκημάτων κ. τ. λ.: μὲν additum esse dicitur ab Hoeschelio ideoque ab eodem uncis inclusum; sed si hoc recte additum est, ut est, sequens versus aegre vocula δὲ carere posse videtur, quare scribam βοῶν ἀγέλας δ' vel βοῶν δ' ἀγέλας, quod fortasse praeferendum. Versus 248 seqq. hi sunt apud Gailium: — οὗ Κερβέριόν τι δείκνυται ‖ ὑπὸ χθονὶ μαντεῖον. ἐλθεῖν φασὶ δὲ ‖ δεῦρο παρὰ Κίρκης ἐπανάγοντ' Ὀδυσσέα. Interpretes nihil de corruptione versus medii: perspicuum est autem et numerorum caussa et sententiae scribendum esse — οὗ Κερβέριόν τι δείκνυται ‖ ὑπὸ χθονὶ μανθεῖον· κατελθεῖν φασὶ δὲ ‖ δεῦρο παρὰ Κίρκης ἐπανάγοντ' Ὀδυσσέα. Versus 334 seq. sunt apud Gailium: συναγομένη γὰρ λιμέσιν ἐπ' ἰσθμὸν δυσὶν ‖ πάσῃ * σκλεπτειν ην καταγωγὴν ἔχει. Ego nunc ceterorum annotationes et emendationes non repetam, sed ne, quum alii multa de his versibus dixerint, ego nihil dixerim, dicam, quomodo scribi possint

quod in titulo de sententiis servata sunt. Apparet enim non solum pietatis illud argumentum, quod in fine positum est, sed etiam τὰς τοσαύτας μυριάδας cum reliquis sententiae caussa adscriptas esse, nec de ulla parte huius sententiae dubitari posse nisi de primis verbis (ὅτι) οἱ Ἠλεῖοι τῶν κοινῶν πολέμων οὐ μετεῖχον. In verbis illis, quae

---

versus; ita enim numeri bene se habent: συναγομένη γὰρ λιμέσιν εἰς ἰσθμὸν δυσὶν ‖ πᾶσι σκάφεσι σκεπηνὴν καταγωγὴν ἔχει. num autem Scymni sint, ipse valde dubito. Versu 339 seqq. est Σύβαρις, Ἀχαιῶν ἐπιφανὴς ἀποικία, ‖ μυριάδας δέκα ἔχουσα τῶν ἀστῶν σχεδὸν, ‖ περιουσίᾳ πλείστῃ τε κεχορηγημένη, ubi ego hiatus evitandi et concinnitatis augendae caussa malim μυριάδας δέκα τ᾽ ἔχουσα τῶν ἀστῶν σχεδόν. Versus 365 apud Gailium est Μεσαίτατον δ᾽ οἰκοῦσιν Ὀμβρικοὶ [λεῴ], in quo versu, quod uncis inclusum est, Scaliger, quum deficientem pedem in manuscripto codice animadvertisset, e coniectura sua addidit. Salmasius maluit πέδον. Neutrum sine dubio Scymnus scripsit. Quamquam autem ego quam maxime in primo versus vocabulo haereo, quod eadem conditione esse videtur, qua versu 363 Μεσαίγεων, de quo dubitant, tamen, quum sane possit fieri, ut μεσαίτατος vocabulum huius loci sit, proponam, quod cum eo apte iungatur: quid enim si scribatur Μεσαίτατοι δ᾽ αὐτῶν οἰκοῦσιν Ὀμβρικοί, ut αὐτῶν sit „gentium Italarum, quae sunt ad mare „Adriaticum Ioniumque?“ — Levissima accessione emendabitur versus 890, qui est ὃς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ᾽ αὐτοῦ Λοκρούς, ubi nemo est cui non in mentem veniat scribendum esse ὃς τοὺς Λέλεγας ὠνόμασεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Λοκρούς. —

sunt in Excerptt. de virtt. et vitt. secus se res habet; ea non sententiae, non verborum caussa descripta sunt, sed propter rem ipsam. In eis scribendis doctus ille scriba non verba, non sententias servavit, rem narratam reddidit sed contractis atque concisis sententiarum membris, ita ut eius, quam ille scripsit, sententiae principium ipsa verborum apta constructione careat. Nam si omnino ibi Diodori verba quodammodo conservata sunt, certe non *ὑφορᾶσθαι* sed *ὑφορωμένους* scribendum est. Verba sunt haecce: *Ὅτι τῶν Ἠλείων πολυανδρουμένων καὶ νομίμως πολιτευομένων ὑφορᾶσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους τὴν τούτων αὔξησιν, συγκατασκευάσαι τὸν κοινὸν βίον, ἵν' εἰρήνης ἀπολαύοντες μηδεμίαν ἔχωσιν ἐμπειρίαν τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων. καὶ καθιέρωσαν αὐτοὺς τῷ θεῷ συγχωρησάντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων. καὶ οὔτ' ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας συνεστρατεύθησαν, ἀλλὰ ἀφείθησαν διὰ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τῆς τοῦ θεοῦ τιμῆς. ὅτι δὲ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐμφυλίοις πολέμοις οὐδεὶς αὐτοὺς παρηνόχλει* (fort. *παρηνώχλει*) *διὰ τὸ πάντας τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν σπεύδειν ἱερὰν καὶ ἄσυλον φυλάττειν. ὕστερον δὲ πολλαῖς γενεαῖς* (*συνέβη* addit Valesius) *καὶ στρατεῦσαι τούτους καὶ ἰδίᾳ πολέμους ἐπανελέσθαι.* — In his verbis praeterea illa *καὶ οὔτ' ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας συνεστρατεύθησαν* ego iam non moror, quum non Diodori, sed Constantinopolitani illius, qui iussu imperatoris librum de virtutibus et vitiis confecit, esse cognoverim. Verum etiam huius caussa recipiendum erat *ἐπὶ τῆς Ξέρξου στρατείας* ex Salmasii

coniectura pro τῆς ἐπὶ Ξέρξη στρατείας, et scribendum esset οὐδὲ non οὔτε, nisi ille seculo decimo post Christum natum scripsisset; [2]) ut re vera in verbis ipsius Diodori, quae proxima sunt in reliquiis Vaticanis καὶ μὴ συγχωρηθείσης μήτε λαθραίας συμπλοκῆς πρὸς ἄνδρα· μηδένα γὰρ οὕτω παραφρονῆσαι ὥστε ἐφημέρου χάριν ἡδονῆς τὰ μακαριζόμενα τοῦ βίου παντὸς ἀντικαταλλάξασθαι scribendum est μηδὲ λαθραίας συμπλοκῆς; non est enim „nec concessa nec clandestina consue„tudine cum viro,“ sed est „et ne clandestina qui„dem consuetudine cum viro concessa;“ vel ut ait Livius lib. XXXIII. cap. 44 „Ingenti classe, „egregio terrestri exercitu in Europam eum tra„iecisse. nisi avertisset vana spes ex vaniore „rumore orta Aegypti invadendae, mox bello „Graeciam arsuram fuisse. *neque enim ne Aeto„los quidem quieturos*, cum ingenio inquietam, „tum iratam Romanis gentem etc.,“ ita hoc loco fortasse Latine dicere liceat „*nec* concessa „*ne* clandestina *quidem* consuetudine cum viro.“ — Maius huic posteriori sententiae adscripsit „Sine

2.) Non me fugit Schaeferum, virum doctissimum, καὶ οὔτε tueri ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 183, sed quem ille profert locum Aristaeneti I. ep. 6 πέπαυσο τούτων καὶ μηδὲ περαιτέρω ἐξαμάρτανε, cum nescio cur afferat, quum μηδὲ non μήτε scriptum sit, et Xenophontis Ephesii verba p. 29 εὐθὺς μὲν ἀχανὴς ἦν, καὶ οὔτε τι ἀποκρίνεσθαι ηὕρισκεν Locella e verbis p. 36 ἔκειτο ἀχανὴς, οὐδὲ προσφθέγξασθαί τι δυναμένη, quae Abreschius citaverat, sine dubio emendavit, scribens καὶ οὐδέ τι. —

ἀλλ' ἴϑ' ἐπειγόμενος Βουτηίδα [8]) πρὸς πολύμηλον
ἔνϑα δ' ἂν ἀργικέρωτας ἴδῃς χιονώδεας αἶγας

xime sequitur: ibi enim Maius legerat εὐνηϑέντας ὑπ' ἠῶ, Dindorfius autem, quo pollet, acumine ingenii ὕπνῳ legendum esse perspexit Ut autem hoc loco potius μη', quod sequitur, quam μβ', quod hic scriptum est, retinendum esse arbitrer, Eusebius facit, qui in tabula regum regiorumque annorum, quam apposuit in fine, Perdiccae XLVIII annos tribuit, et Syncellus, qui p. 170 Ven. 212 Par. Perdiccam XLVIII annos regnasse scribit, quum nusquam, quod ego sciam, scriptum sit eum XLII annos regnavisse. Ceterum hunc Perdiccam praestantissimum fuisse priscorum illorum regum Macedoniae, regnique non solum propagatorem, sed etiam verum auctorem, tum Herodotus dicit, qui lib. VIII. capp. 137 seqq. hunc cum duobus fratribus Argis in Macedoniam venisse ibique regnum condidisse tradit, quocum consentit Thucydides lib. II. cap. 100, octo reges ante Archelaum Perdiccae II filium in Macedonia regnasse scribens, tum vero, qui Caranum regnum illud condidisse dixerat, Solinus addit: „Succedit Carano „Perdicca II et XX Olympiade, *primus rex nominatus;*“ quam narrationem confirmant, quae Iustinus scripsit lib. VII. cap. 2. et quae dicta sunt apud Syncellum chron. p. 209 Ven. 262 Par. Miror enim, ut hoc praeteriens dicam, nuperum Georgii editorem Guil. Dindorfium, quum fratrem habeat clarissimum reliquiarum Vaticanarum Diodori editorem, et ipse sine dubio Eusebium Maii satis manu versarit, corruptum quemdam locum chronicorum non hinc persanavisse. Nam etiamnunc ita scribitur apud Syncellum: Οὗτος ὁ Κάρανος λ' ἔτη ἐβασίλευσε, μεϑ' ὃν Κοῖνος παῖς ἔτη κη'. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ υἱὸς (quae hic ante Dindorfium addebantur verba Κάρανος ἔτη λ, quum Scaliger in Eusebio suo omisisset, Goarus etiam apud Georgium

vel anno 18 ante U. cond., sed utramque anno altero Olympiadis septimae, quo Urbs condita est, positam fuisse.

Nihili etiam sunt, quae Maius in annotatione scripsit: „Iam vero fragmentum hoc sine dubio „pertinet ad septimum Diodori librum, quoniam „ex Eusebio chron. l. 46, cognoscimus Diodorum „res regum Latinorum et Romae initia eo in „libro narravisse. Ergo etiam superiores partes „e septimo sunt, quandoquidem in sexto res „adhuc ante Troiam captam fuisse comprehensas, „testis est ipse Diodorus in prohoemio operis „cap. IV. Quare Wesselingius T. II. p. 546 „res sexti libri discernere debuisset ab illis „septimi, quae mox ibi consequuntur, ne incauti „forte lectores ad sextum librum cunctas referrent.“ Sane enim Wesselingius alio potius titulo uti debuit in Excerptis de virtt. et vitt., nam is, qui ignarus operis Diodorei in fronte Excerptorum leget *librum sextum* neque ante librum undecimum ullum novi libri titulum inveniet, in eum errorem incidere potest, ut omnia illa Excerpta e libro sexto desumpta esse arbitretur, quamquam si percurret tantum volante oculo, statim errasse se intelliget: sane superiores quidem partes harum reliquiarum praeter particulam de Olympico certamine instituto sunt septimi libri, et cognoscimus quidem ex Eusebio Diodorum res regum Latinorum in libro septimo narravisse, sed Romae initia ab eo libro septimo narrata esse nusquam legi, et particulam de certamine Olympico instituto e libri octavi exordio sumptam esse supra

βασιλεύσαντος [9]) δὲ τοῦ Περδίκκου ἔτη μη′ τὴν ἀρχὴν παρέλαβεν Ἀργαῖος [10]) οὗ βασιλεύσαντος ἔτη λα′ [11]) τὴν ἀρχὴν διεδέξατο Φίλιππος, ὃς

„erat et Βοττηίδα scribendum cum Niebuhrio histor. „Rom. ed. III. p. 37 annot. 77. Criticus Halensis." Potius Βοττηίδα cum Dindorfio. — 9.) Eusebius his praemisit verba sua: εἶτα μετ᾽ ὀλίγα ἐπάγει. Praeterea quum a me nonnulla sint mutata, Latinam interpretationem huius loci repetendam esse censeo. Est autem haec: „Tum paucis verbis interpositis subdit, regnavisse „Perdiccam annis octo et quadraginta, ab eoque dignita„tem ad Argaeum devenisse, quem regno annis triginta „unoque perfunctum excepit Philippus, cuius regnantis „habentur anni triginta tres." Miscuit Maius orationi directae orationem, quam dicunt obliquam, sive quod Zohrabus eandem copulationem generum dicendi apud Armenium interpretem invenit, sive quod eam ibi animadvertere sibi visus est. Ego, quum verba interposita εἶτα μετ᾽ ὀλίγα ἐπάγει sine dubio sint Eusebii, Diodori verba omnia in orationem directam restitui, quam servatam esse ab Eusebio, quotiescunque talia interposita sunt, supra cap. V huius libelli mihi videor docuisse. Itaque non modo Diodorum, sed etiam Eusebium hac scriptione a me restitutum esse arbitror. — 10.) De scriptura nominis Wesselingius ad Diodori Bibl. l. XIV. cap. 92 haec disseruit: „Habet noster L. XVI. 3. „Ἀργαῖον ab Atheniensibus in Macedoniam restitutum, „qui quidem non multo diversus ab hoc fuisse videtur. „Verius tamen Ἀργέος aut Ἀργεῖος appellabitur, si „boni commatis sit nummus Goltzii, titulis ΒΑΣΙΛΕΩΣ „ΑΡΓΕΙΟΥ inscriptus, quo de Scaliger ad Euseb. „Chron. num. MDCXXIV." — 11.) Huic Argaeo Georgius Syncellus tribuit annos triginta quatuor; ΛΑ autem et ΛΔ tam facile confundi possunt, ut nequaquam possimus affirmare nostrum numerum a Diodoro scriptum esse.

desumpserit e Diodori verbis, sed ipse sua sponte ceteris praemiserit, ut lectori ostenderet, Diodorum antequam haec scriberet, de infantibus expositis disseruisse. Nam saepissime hoc artificio scriptorem illum usum esse demonstrant et verba prima particulae proxime sequentis, quae minime cum reliquis cohaerent, et multa eiusdem moris eius exempla, quae in posterioribus reliquiis lectori occurrunt.

Hanc particulam Excerptorum de virtt. et vitt. excipit caput de Romuli Remique auspiciis Urbis condendae caussa factis, quod est in reliquiis Vaticanis p. 5 ed. Mai. ὅτι ὀρνιθευομένων Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου περὶ οἰκισμοῦ πόλεως, καὶ ἐκ τῶν δεξιῶν μερῶν διοσημείαν γενέσθαι, φασὶ καταπλαγέντα τὸν Ῥέμον ἐπιφθεγξάμενον εἰπεῖν τῷ ἀδελφῷ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολλάκις ἐπαριστέροις βουλεύμασιν ἐπιδέξιος ἀκολουθήσει τύχη· προπετῶς γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄγγελον ἀποστείλαντος καὶ τὸ καθ' αὑτὸν [3]) μέρος ὅλως ἡμαρτηκότος ὑπὸ ταὐτο-

3.) αὑτὸν et διωρθῶσθαι scripsit Dindorfius pro αὐτὸν et διορθώσασθαι, quae sunt in libro Romano; eidem τύχην debemus, quam supra in locum δίκης restituit. Pronomina illa ut facile confunduntur, ita saepe confusa sunt: ut in narratione illa certaminis Sabinorum Romanorumque diremti mulierum interventu, quae ex historia Dionis Cassii servata est cap. III p. 136 reliquiarum Vaticanarum a Maio editarum, quam quod sane digna relatu et passim emendanda est, totam hoc loco pono. Sunt igitur verba libri Romani haecce: Ὅτι ἡ Ἑρσιλία καὶ αἱ ἄλλαι ὁμόφυλοι γυναῖκες τηρήσασαί ποτε ἀντιπαρατεταγμένους

μάτου διωρθῶσθαι τὴν ἄγνοιαν. de cuius sententiae principio Dindorfius in annotatione scripsit:

σφᾶς κατέδραμον ἀπὸ τοῦ Παλατίου μετὰ τῶν παιδίων· ἤδη γάρ τινα ἐγεγένητο· καὶ ἐς τὸ μεσαίχμιον ἐξαπίνης εἰσπεσοῦσαι πολλὰ καὶ οἰκτρὰ καὶ εἶπαν καὶ ἐποίησαν· ποτὲ μὲν γὰρ πρὸς τούτους, ποτὲ δὲ πρὸς ἐκείνους βλέπουσαι, τί ταῦτα, ἔφασαν, ποιεῖτε πατέρες; τί ταῦτα ἄνδρες; μέχρι ποῦ μαχεῖσθε; μέχρι ποῦ μισήσετε ἀλλήλους; καταλλάγητε τοῖς γαμβροῖς, καταλλάγητε τοῖς πενθεροῖς· φείσασθε πρὸς τοῦ Πανὸς τῶν τέκνων, φείσασθε πρὸς τοῦ Κυρίνου τῶν ἐκγόνων· ἐλεήσατε τὰς θυγατέρας, ἐλεήσατε τὰς γυναῖκας· ὡς εἴ γε ἀκαταλλάκτως ἔχετε, καί τις ὑμᾶς βαρὺ σκηπὸς μανίας εἰσπεσὼν οἰστρεῖ, ἡμᾶς τε δι' ἃς μάχεσθε προαποκτείνετε, καὶ τὰ παιδία ταῦτα τέμνετε προαποσφάξατε ἵνα μηδὲν ἔτι μήτε ὄνομα μήτε σύνδεσμον συγγενείας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες κερδάνητε τὸ μέγιστον τῶν κακῶν, τὸ τούς τε πάππους τῶν παίδων καὶ τοὺς πατέρας τῶν ἐκγόνων φονεύειν. ταῦτά γε ἔλεγον καὶ τὰ ἱμάτια καταῤῥηξάμεναι, τούς τε μαστοὺς καὶ τὰς γαστέρας γυμνώσασαι, αἱ μὲν αὐτοῖς ξίφεσι ὑφ' ὧν ἐνέχριμπτον, αὐτάς τε καὶ τὰ παιδία αὐτοῖς προσέῤῥιπτον· ὥστε ἐκείνους καὶ ἐξ ὧν ἑώρων κλαῦσαι, καὶ τῆς μάχης ἐπισχεῖν· καὶ ἔληγον αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι' αὐτὸ τοῦτο κληθέντι· κομίρε [scribendum erat *κομῖρε*] *γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ συνελθεῖν καλοῦσι.* Extrema verba huius sententiae Maius ita, ut scripta sunt, refingenda esse putavit e Plutarcho,

„haec manca esse tum structura ostendit tum res „quemadmodum ab Dionysio aliisque narratur."

quum in codice Vaticano nihil scriptum sit, nisi κ. ε. αὐ. ῷ. εἰ. ἐν τῷ κομιτίῳ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο κληθέντι συνελθεῖν. In vocabulo βασκηπὸς lineolis indicavi, post primam syllabam paginam 196 codicis finiri; ab reliqua vocabuli parte sequens pagina incipit. Ego quum posteriorem sententiae partem multis locis mutandum esse censeam, hoc loco proponam, quomodo eam putem partim scribendam esse partim rectius scribi posse, nam me ubique Dionis manum restituisse asseverare sane non possum. Scribo autem: ὡς (aut καί, vel ἢ, vel ἀλλ᾽) εἴ γε ἀκαταλλάκτως ἔχετε καί τις ὑμᾶς σκηπτὸς μανίας εἰσπεσὼν οἰστρεῖ, ἡμᾶς τε δι᾽ ἃς μάχεσθε προαποκτείνετε, καὶ τὰ παιδία ταῦτα τὰ νήπια (vel τὰ ἡμέτερα) προαποσφάξατε ἵνα μηδὲν ἔτι μήτε ὄνομα μήτε σύνδεσμον συγγενείας πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες κερδάνητε τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸ τοὺς πάππους τῶν παιδίων καὶ τοὺς πατέρας τῶν ἐκγόνων φονεύειν· ταῦτά γε ἔλεγον καὶ τὰ ἱμάτια καταῤῥηξάμεναι τούς τε μαστοὺς καὶ τὰς γαστέρας γυμνώσασαι αἱ μὲν τοῖς ξίφεσι σφῶν ἐνέχριμπτον, αἱ δὲ αὑτάς τε καὶ τὰ παιδία αὐτοῖς προέῤῥιπτον· ὥστε ἐκείνους καὶ ἐξ ὧν ἑώρων κλαῦσαι, καὶ τῆς μάχης ἐπισχεῖν, καὶ ἐς λόγους (sive ἀλλήλοις) αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐν τῷ κομιτίῳ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο κληθέντι συνελθεῖν. Tutius et confidentius emendare possemus, si Zonaras, quum hanc historiam traderet, Dione auctore usus esset; sed ille, ut solet facere, quotiescunque potest, Plutarchum hoc loco sequitur: neque id minus exoptatum videbitur homini critico, nam huic fortasse aliquid auxilii inde ferri potest. Et potest sane,

Et recte quidem ille. Tu tamen cave credas Diodori verba a quoquam ingenio refici posse; nam, ut supra dixi, idem hoc loco factum est, quod in praecedenti particula factum esse indicavi.

---

nisi magnopere fallor. Scriptum est enim apud Plutarchum Schaeferi Romul. cap. 19 *Αἱ γὰρ ἡρπασμέναι θυγατέρες τῶν Σαβίνων ὤφθησαν ἀλλαχόθεν ἄλλαι μετὰ βοῆς καὶ ἀλαλαγμοῦ διὰ τῶν ὅπλων φερόμεναι καὶ τῶν νεκρῶν, ὥσπερ ἐκ θεοῦ κάτοχοι, πρός τε τοὺς ἄνδρας αὐτῶν καὶ τοὺς πατέρας -- πᾶσαι δὲ ἀνακαλούμεναι τοῖς φιλτάτοις ὀνόμασι. ποτὲ μὲν τοὺς Σαβίνους, ποτὲ δὲ τοὺς Ῥωμαίους.* Zonaras autem habet *μετὰ βοῆς καὶ ὀλολυγμοῦ*, quod vocabulum tam aptum huic loco esse videtur, ut, Plutarchum eo usum non esse, equidem credere nullo modo possim. — Pronomen reflexivum, quod dicunt, etiam alio quodam loco reliquiarum Vaticanarum Dionis Cassii restitutum velim. Scribo enim, quae sunt cap. X. p. 142 ed. Rom., ita: *Ὅτι τὸ κρύφιον τῶν βουλευμάτων καὶ τὸ καίριον τῶν πράξεων τό τε ἰδιοβουλεῖν τινὰ, καὶ τὸ μήτ' ἀναχώρησιν ἐς μηδένα ἄλλον μηδεμίαν ἔχειν, καὶ τῶν συμβαινόντων αὐτὸν ἐφ' ἑαυτὸν* (apud Maium est *ἑκάτερα*) *τὴν αἰτίαν λαμβάνειν, μέγα μέρος ἐς τὸ κατορθωθῆναί τι συμβάλλεται,* quae verba aut in narratione coniurationis urbanae, quam Servius Sulpitius consul investigavit et oppressam restinxit, *λαβὼν*, ut ait Dionysius Halicarnassensis lib. V. cap. 55, *ἐξουσίαν παρὰ τῶν βουλευτῶν αὐτοκράτορα τοῦ διερευνᾶσθαι τοὺς μετασχόντας τῶν ἀποῤῥήτων βουλευμάτων καὶ κολάσαι τοὺς εὑρεθέντας,* aut in dictaturae origine narranda locum habuisse videntur. —

Is qui has sententias collegit, id tantum, quod Remus dixerat, sibi e Diodoro describendum esse putavit: ne tamen nimis obscura essent Remi verba, ea quae Diodorus his praemisit, quodammodo, vel potius suo modo, significavit verbis Ὅτι ὀρνιθευομένων Ῥέμου καὶ Ῥωμύλου περὶ οἰκισμοῦ πόλεως. Diodori verba ab illis ἐκ τῶν δεξιῶν μερῶν κ. τ. λ. incipere mihi videntur, ut diligentissimus ille vir, qui has sententias descripsit, priore huius sententiae parte omissa, posteriorem interposita particula καὶ cum suis verbis ὀρνιθευομένων κ. τ. λ. satis inepte coniunxerit.[4]) Ex abru-

4.) Simile est, sed non plane idem, quod in reliquiis Vaticanis Cassii Dionis apud Maium p. 151. cap. XXI factum esse videmus. Sunt enim ibi verba haec: Ὅτι οἱ Φάβιοι ἐπὶ τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες, ὡς τάχιστα αὐτοὺς ἀθυμοῦντας εἶδον· ὅταν γάρ τινες ἐς πολλὰς ἅμα καὶ δυσχερεῖς πράξεις ἐμπέσωσιν, οὔτε τι βούλευμα πρός τε τὸ πλῆθος και πρός τὸ ἀθρόον τῶν κινδύνων ἐξευρεῖν δύνανται, καὶ τῶν ἔργων καὶ τὰ πάνυ ῥᾴδια ἀπογινώσκουσιν, ἐκ τούτου ταῖς τε γνώμαις καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς ταῖς δόξαις ἀναπίπτουσι, καὶ τὰ πράγματα ἑκόντες ὡς καὶ μάτην πονήσαντες προΐενται, καὶ τέλος ἐπιτρέψαντες σφᾶς τοῖς ἐκ τοῦ δαιμονίου παραλόγοις ἀναμένουσι. πάνθ' ὅσα ἂν ἡ συντυχία ἐνέγκῃ. Ex quibus verbis illis ὡς τάχιστα αὐτοὺς ἀθυμοῦντας εἶδον Maius annotationem apposuit hancce: „Scilicet, quum se circumventos a Veientibus cognoverant. „Liv. II. 50." sed errat vir splendidissimus, neque enim de Fabiorum ἀθυμίᾳ sermo est, sed de ἀθυμίᾳ Ro-

pto sermone obscuritas quaedam atque difficultas Maio orta esse videtur, ita ut, quid singula significent, non satis intellexerit; quod quum Dindorfius iam animadverterit, erroresque, qui inde nati erant, refutarit atque correxerit, ego rem peractam non iterum peragam, sed quod Dindorfius praetermisit intactum, id ego attingam. Maius enim ad verba ἐπιδέξιος ἀκολουθήσει δίκη (hoc enim legit in codice Vaticano, cuius loco, ut

manorum, cui Fabia gens auxilia pollicendo subvenit, neque conferendus iste locus Livii, sed cap. 48. seq. libri II et Dionys. Hal. Arch. lib. IX. cap. 14 seq. et maxime Zonaras lib. II p. 25 ubi haec sunt verba: καὶ πόλεμος αὖθις αὐτοῖς ἐπενήνεκτο πρὸς τῶν Τυρσηνῶν. ἀθυμοῦσι δὲ Ῥωμαίοις καὶ ἀποροῦσι, πῶς τοῖς ἐχθροῖς ἀντικαταστῶσιν, οἱ Φάβιοι ἐπεκούρησαν. ἓξ γὰρ ὄντες καὶ τριακόσιοι, ὡς ἀθυμοῦντας εἶδον αὐτοὺς καὶ μήτε τι βουλευομένους λυσιτελὲς καὶ ἀπογιγνώσκοντας ἅπαντα, τὸν πρὸς τοὺς Τυρσηνοὺς ὑπεδέξαντο πόλεμον αὐτοὶ δι' ἑαυτῶν προθυμηθέντες μαχέσασθαι καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασι: ex quibus verbis perspicuum est Epitomatorem illum prima verba paullo contractius protulisse, ut pauca quaedam praemitteret parenthesi illi, cuius caussa verba illa descripsit, quae est ὅταν γάρ τινες — ἡ συντυχία ἐνέγκῃ. Quae post parenthesin posita erant apud Dionem ad continuandam sententiam ipsam, quae est οἱ Φάβιοι — ὡς — εἶδον, ea Epitomator omisit; videntur autem fere item se habuisse, ut apud Zonaram, qui pergit τὸν πρὸς τοὺς Τυῤῥηνοὺς ὑπεδέξαντο πόλεμον κ. τ. λ. —

supra dixi, Dindorfius τύχη de suo dedit), hanc annotationem scripsit: „si aves a dextra advola„vissent, augurium fuisse adversum apud Roma„nos compertum est. Porro ad Remi sententiam „quod adtinet, parem de Athenis narrat Aristo„phanes nub. 587 seqq.“ In qua annotatione, quae de auguriis scripsit, aut inepto loco protulit, ut lectores doceret, quod eos nescire, qui has reliquias legunt, vel impudentissimum, vel absurdissimum est arbitrari, aut monendos esse lectores indicavit, ne haec verba legentes male intelligerent, moris illius forte obliti. Illud si Maium fecisse dicerem, ipse impudens essem: hoc igitur voluisse videtur. At si ideo ἐπιδέξιον τύχην vel δίκην hoc loco adversam esse arbitratus erit, quod utrum fecerit nec ne ego nescio, quum, quomodo haec verba e Graeco converterit, tum non inspexerim, quum libri eius copia mihi esset; sed si fecerit, vehementer errarit. Quamquam enim contraria inter se hic ἐπαρίστερος et ἐπιδέξιος inveniuntur, tamen hoc loco non magis haec verba Latino more interpretanda sunt, quam apud ipsum illum Dionysium, qui Latinum morem lib. II cap. 5 Antiqq. Romann. enarrat atque explicat, verba illa lib. I cap. 86: ἀπὸ τῶν δεξιῶν πετόμενοι in eadem historia. nam Remi sex vultures ἀπὸ τῶν δεξιῶν πετόμενοι non minus αἴσιοι fuerunt, quam quos postea vidit Romulus duodecim vultures, de quibus Dionysius cap. extr. ἐν δὲ τούτῳ δώδεκα γῦπες αἴσιοι πετώμενοι ὤφθησαν. Hoc demonstrant et verba illa huius capitis καὶ ὁ μὲν ἰδὼν τοὺς ὄρνιθας περιχαρὴς ἐγένετο, nam

quum ab avo eis praeceptum esset *φυλάττειν οἰωνοὺς αἰσίους· ὁποτέρῳ δ' ἂν ὄρνιθες πρότερον κρείττους γένωνται, τοῦτον ἄρχειν τῆς ἀποικίας*, Dionysius profecto non dixisset, Remum sex vulturibus conspectis magna laetitia affectum esse, nisi, quod addidit, *ἀπὸ τῶν δεξιῶν πετόμενοι*, ita cepisset, ut significaret *αἰσίους* fuisse, et verba haecce capitis sequentis: *γένους δὲ ὀρνίθων ἑνὸς ἀμφοῖν ὀφθέντος ὁ μὲν τῷ πρότερον* (ita Reiskius pro *προτέρῳ*) *ὁ δὲ τῷ πλείους ἰδεῖν ἐκρατύνετο.* non enim quod *ἀπὸ τῶν δεξιῶν* volavissent Remi sex vultures, Romulus, quamquam ipse *αἰσίους* viderat, sibi victoriam adscribendam esse dicebat, sed quod ille sex tantum, ipse duodecim numero vidisset. [5]) Ceterum eam sen-

---

5.) De auguriis et auspiciis plura dixerat Dionys. Hal. in parte perdita antiquitatum Romanorum. Parva quaedam particula eius disputationis ad nos pervenit lib. XVII, 11, in qua quum Maius scripturam libri manuscripti sine caussa mutasse mihi videatur, sententiam proferam hoc loco: *φύσιν ἔχουσαι*, est in codice, quem Maius Q littera significavit, *τοῖς μὲν διασῶσαι τὰ ἑαυτῶν ἀγαθὰ βουλομένοις οἱ περὶ τῶν αὐτῶν ἀναστρεφόμενοι τόπων οἰωνοὶ σχολαιοτέρᾳ τῇ πτήσει πρὸς ἀγαθοῦ εἶναι συμβόλου κ. τ. λ.* Maius scripsit *φύσιν ἔχουσι;* qui autem affirmare potest in iis, quae ante verba *φύσιν ἔχουσαι* exciderunt, non fuisse *νομίζονται, λέγονται*ve vel simile quid? Alia sunt loca, ubi hac participii commutatione cum verbo finito magis opus erat, in quibus est ille Dionis p. 142 reliqq. Vaticann. cap. XI, ubi hæc sunt verba e Maii scriptione: *Πρὸς στάσεις ἐτράποντο· αἴτιον δ' ὅτι οἵ τε*

tentiam, cuius caussa haec in titulum de sententiis recepta sunt, Latine nobis iam prodiderat is, qui libellum de origine gentis Romanae scripsit. haec

---

ἰσχύοντες τοῖς χρήμασιν ἐν πᾶσι τῶν καταδεεστέρων, ὡς καὶ βασιλεύοντες σφῶν προέχειν ἐβούλοντο· καὶ οἱ ἀσθενέστεροι οὐδὲν αὐτῶν οὐδὲ σμικρὸν, ὡς καὶ ἰσονομούμενοι πειθαρχεῖν ἤθελον· ἀλλ' οἱ μὲν ἄπληστοι τῆς ἐλευθερίας ὄντες καὶ ταῖς οὐσίαις ταῖς ἐκείνου (Maius vult τῆς οὐσίας ἐπεθύμουν)· οἱ δὲ ἀκράτως τῆς τιμήσεως ἔχοντες καὶ τοῖς σώμασι τοῖς τούτων ἐχρῶντο· καὶ οὕτως, ἐξ ὧν πρότερον τὰ πρόσφορα ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις συνεφρόνουν, καταλύσαντες, οὐκέτι τὸ οἰκεῖον ἀπὸ τοῦ ὀθνείου διέκρινον· ἀλλὰ τό τε μέτριον ἀμφότεροι ὑπερορῶντες καὶ τὸ ἄκρον οἱ μὲν τῆς ἐπιτάξεως, οἱ δὲ τῆς οὐκ ἐθελοδουλίας προτιμῶντες, οὔτε ἐκεῖνα καθειργάσαντες καὶ πολλὰ καὶ ἄτοπα τὰ μὲν ἀμυνόμενοι τὰ δὲ καὶ προκαταλαμβάνοντες ἀλλήλους ἔδρασαν κ. τ. λ., quae ego ita emendanda esse puto, Πρὸς στάσεις — καὶ οἱ ἀσθενέστεροι οὐδὲν αὐτοῖς — πειθαρχεῖν ἤθελον· ἀλλ' οἱ μὲν ἄπληστοι τῆς ἐλευθερίας ὄντες καὶ ταῖς οὐσίαις ταῖς ἐκείνων, οἱ δὲ ἀκράτως τῆς τιμήσεως ἔχοντες καὶ τοῖς σώμασι, τοῖς τούτων ἐχρῶντο· καὶ οὕτως — διέκρινον· ἀλλὰ τό τε μέτριον ἀμφότεροι ὑπερορῶντες, καὶ τὸ ἄκρον οἱ μὲν τῆς ἐπιτάξεως οἱ δὲ τῆς οὐκ ἐθελοδουλίας προτιμῶντες, οὔτε ἐκεῖνα καθειργάσαντο, καὶ πολλὰ καὶ ἄτοπα τὰ μὲν ἀμυνόμενοι τὰ δὲ καὶ προκαταλαμβάνοντες ἀλλήλους ἔδρασαν κ. τ. λ.

enim apud eum invenies cap. 23: „Tum Romulus, „quid, inquit, Reme affirmas priora, cum praesentia „intuearis? Remus, postquam intellexit sesé regno „fraudatum, multa, inquit, in hac urbe temere „sperata atque praesumta felicissime proventura „sunt;" hoc enim est: ἐν ταύτῃ τῇ πόλει πολλάκις ἐπαριστέροις βουλεύμασιν ἐπιδέξιος ἀκολουθήσει τύχη, illud autem Romuli Dionysius Græce servavit lib. I cap. 86 Τί γὰρ ἀξιοῖς τὰ πάλαι γενόμενα μαθεῖν; τούσδε γὰρ δήπου τοὺς οἰωνοὺς αὐτὸς ὁρᾷς. E Fabio tam Latina, quam Graeca sumpta esse videntur.

Proxima particula Bibliothecae Diodori est narratio mortis Remi, quam reliquiae Vaticanae suppeditant. Ea quoque primo anno Urbis conditae adscribenda est, et eidem a Maio adscripta esse videtur. Eandem narrationem multi retulerunt, in quibus etiam Ovidius Fast. IV. 835. Ego non habeo, quae de ea nova atque memorabilia proferam, nisi in verbis ὁ δὲ Ῥέμος βαρέως φέρων ἐπὶ τῷ διεσφάλθαι τῶν πρωτείων, φθονῶν δὲ τῆς εὐτυχίας τοῦ ἀδελφοῦ, προσιὼν τοῖς ἐργαζομένοις ἐβλασφήμει me malle φθονῶν δὲ τῆς εὐτυχίας τῷ ἀδελφῷ, [6]) et in eis, quae paullo

6.) Casuum confusiones satis frequentes sunt in reliquiis Vaticanis. Cap. IV. p. 138 reliquiarum Cassii Dionis, quas Maius edidit, scriptum est: Ὅτι ὁ Ῥωμύλος πρὸς τὴν γερουσίαν τραχύτερον διέκειτο καὶ τυραννικώτερον αὐτῇ προσεφέρετο, καὶ τοὺς ὁμήρους τοῖς Οὐηΐοις (ἀπέδωκε hic inserit Maius) καθ' ἑαυτὸν καὶ οὐκ ἀπὸ κοινῆς γνώμης· ὥσπερ

post sequuntur, πάλιν ὁ Ῥέμος τοῖς ἐργαζομένοις ὀνειδίζων ἔφη στενὴν κατασκευάζειν τὴν τάφρον,

---

τὰ πολλὰ ἐγίγνετο, ἀγανακτοῦντές τε ἐπὶ τούτῳ ἀχθόμενος ἄλλα τε ἐπαχθῆ καὶ τέλος εἶπεν, ὅτι ἐγὼ μὲν ὑμᾶς, ὦ πατέρες, ἐξελεξάμην οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἐμοὶ ἄρχητε, ἀλλ' ἵνα ἐγὼ ὑμῖν ἐπιτάττοιμι. Inter ἐγίγνετο et ἀγανακτοῦντες et inter ἐπὶ τούτῳ et ἀχθόμενος Maius plura excidisse putat, quod fieri potuisse sane non nego; sed quid si ita scribemus sententiam: Ὅτι ὁ Ῥωμύλος πρὸς τὴν γερουσίαν τραχύτερον διέκειτο καὶ τυραννικώτερον αὐτῇ προσεφέρετο καὶ τοὺς μὲν ὁμήρους τοῖς Οὐηΐοις καθ' ἑαυτὸν ἀπέδωκε (vel ἀφῆκε) καὶ οὐκ ἀπὸ κοινῆς γνώμης ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐγίγνετο, ἀγανακτούντων δὲ ἐπὶ τούτῳ (intell. τῶν γερόντων) ἀχθόμενος ἄλλα τε ἐπαχθῆ καὶ τέλος εἶπεν, ὅτι ἐγὼ μὲν ὑμᾶς ὦ πατέρες ἐξελεξάμην οὐχ ἵνα ὑμεῖς ἐμοῦ ἄρχητε (nisi potius ἄρχοιτε), ἀλλ' ἵνα ἐγὼ ὑμῖν ἐπιτάττοιμι? Possis etiam aliis non minus aptis modis, sed nisi magnam quandam mutationem feceris ἀγανακτοῦντες non conveniet huic sententiae. Plura eiusdem confusionis exempla alias et restitui iam et deinde emendabo in Vaticanis reliquiis, nunc autem Scymnum rursus proferam, apud quem versu 374 seqq. scriptum video: Τὸν κόλπον ἱστοροῦσι τὸν Ἀδριατικὸν ‖ τῶν βαρβάρων πλῆθός τι περιοικεῖν κύκλῳ ‖ ἑκατὸν σχεδὸν μυριάσι πεντήκοντά τε ‖ χώραν ἀρίστην νεμομένους καὶ καρπίμην, in codice Palatino est νεμομένων, quod ipsum ineptum esse quemvis puto intelligere, sed utrum Scymnus νεμομένους scripserit an νεμόμενον, quod e νεμομένων eruere licet, id ego non diiudicarim, quamquam non nego vulgatam scripturam mihi magis placere. —

εὐχερῶς γὰρ ὑπερβήσεσθαι τοὺς πολεμίους· καὶ γὰρ αὐτὸς ῥᾳδίως τοῦτο πράξειν· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ὑπερήλατο scribendum esse καὶ γὰρ αὐτὸς ῥᾳδίως τοῦτο πράξειν, denique verba postrema huius capitis καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ἀνέτεινε τὸ σκαφεῖον καὶ πατάξας τὴν κεφαλὴν ἀπέκτεινε τὸν Ῥέμον Vaticani codicis scripturam τῷ σκαφείῳ apud Dionysium Halic. Antiqq. Romm. lib. I, cap. 87 veram esse ostendere, quae Grimmio in Synopsi Dionysii Halic. Archaeol. Rom., quae ritus Rom. explicat p. 17 etiam aliunde satis probata esse videbatur.

Cap. XII.

Quomodo digerendae explicandaeque sint reliquiae eae libri octavi Bibliothecae Diodori Sic., quae sunt ab Ol. IX. 2 — XI. 1.

Expositis capite superiore proximo eis particulis libri octavi Bibliothecae Diodoreae, quae sunt a prima Olympiade usque ad septimae annum secundum, nunc explicabo eas, quae proxime sequuntur. — Primo autem loco ponenda sunt, non ea, quae Bipontini posuerunt verba e Syncello, ἔνιοι μὲν οὖν τῶν συγγραφέων πλανηθέντες ὑπέλαβον κ. τ. λ., haec enim libri septimi esse supra capite tertio demonstravi, sed verba Excerptorum de virtt. et vitt., T. II p. 547 ed. Wessel., quae sunt de caussis belli primi Messeniaci, quorum principium est ὅτι Πολυχάρη Μεσσήνιον πλούτῳ καὶ γένει διαφέροντα κ. τ. λ. Valesius ad

haec verba in annotatione scripsit: „Hic narrabat „Diodorus initium belli Messenici, quod coeptum „est nona Olympiade, cui caussam dederunt Euae„phnus Spartanus et Polychares Messenius, quorum „Polychares quidem IV Olympiade stadio victor „fuerat, ut refertur in catalogo Olympionicarum, „quem ex bibliotheca regia edidit Scaliger. Hi„storiam hanc Polycharis legere est apud Pausa„niam in Messeniacis (cap. 4, pag. 289,) ubi „bellum Messeniacum accurate describit, quod „per XX annos tractum tandem expugnatione „Ithomae finem accepit anno I Olymp. XIV." Initium belli primi Messeniaci Pausanias et Eusebius adscribunt anno secundo Olympiadis nonae, Diodorus igitur, quo in his rebus Eusebium maxime usum esse probabile est, sub eodem anno haec tradidisse videtur; et ita etiam Bipontini indicarunt. Sed quod ad belli auctores Euaephnum ac Polycharem attinet, non in hos solos belli initi culpam contulit Diodorus, sed Lacedæmoniorum quoque caussam eum hoc loco egisse probabile fit e lib. XV cap. 66, ubi haec verba scripsit: *μετὰ δὲ ταῦτα Τηλέκλου τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων ἀποθανόντος ἐν ἀγῶνι κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἱ Μεσσήνιοι*, de qua caede Telecli conf Pausan. lib. IV. cap. 4 et quae Müllerus congessit historr. urbb. genttq. Graecc. Vol. II. p. 146 seqq. Viginti annorum bellum illud etiam Diodoro fuisse apparet ex eodem loco lib. XV cap. 66; pergit enim ibi *τοῦτον δὲ τὸν πόλεμον εἰκοσαετῆ φασι γενέσθαι κατομοσαμένων τῶν Λακεδαιμονίων μὴ ἀνα-*

κάμψαι εἰς τὴν Σπάρτην, ἐὰν μὴ Μεσσήνην ἕλωσι. In ipsis autem verbis primis huius particulae corruptum est vocabulum, quod cur Wesselingius corrigere noluerit non video; neque enim credi potest ei non in mentem venisse verba prima ὅτι Πολυχάρη Μεσσήνιον πλούτῳ καὶ γένει διαφέροντα συνθέσθαι μεθῶν κοινωνίαν πρὸς Εὐαίφνον Σπαρτιάτην· ὃν εἰς ἐπιμέλειαν καὶ φυλακὴν παραλαβόντα τάς τε ἀγέλας καὶ τοὺς νομεῖς ἐπιχειρῆσαι μὲν πλεονεκτεῖν καταφανῆ δὲ γενέσθαι pro μεθῶν, quod nihili esse ipse dicit, vel adiectivum vel genitivum requirere, ut sciamus, quid Polychari commune fuerit cum Euaephno; nihil autem aptius esse quam ποιμνίων vel ποιμνῶν vel ἀγελῶν, quod extremum quum litterarum similitudine proxime ad formam corrupti verbi μεθῶν accedat, vix dubitari posse, quin in eius locum sit restituendum. [1])

1.) Quum hoc loco levi quadam mutatione corruptum vocabulum restituisse nobis videamur, an Plutarcho quoque eodem modo opem ferre possimus experiamur. Est locus quidam extremi libri de sera numinis vindicta his verbis conceptus: αὐτὸν δὲ ὥσπερ ὑπὸ σύριγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ τῷ σώματι προσπεσεῖν καὶ ἀναβλέψαι σχεδὸν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ μνήματος, cui Wyttenbachius hanc annotationem adscripsit: „Iam quid de „σύριγγος faciamus nescio. Neque enim Medicorum „σύριγξ, morbus *fistula*, hic intelligi potest, neque „Reiskii διὰ σύριγγος *tamquam per fistulam tractum*, „arridet. Venerat mihi in mentem ὥσπερ ἀπὸ μηρίν„θου, *tamquam fune tractum*, quod tamen nimium a

Proxima huic particulae, quae est de caussis belli Messeniaci primi, est ea, quam ex eodem

„vulgatae vestigiis recedit. Quamquam huic coniecturae „ex *Aristophane* Nub. vs. 759. vid. supra p. 119. mo„mentum accedere videatur.“ Schneiderus contra quum ad Xenoph. Memor. lib. III, cap. 11 §. 17 multa de *torquilla* veterum disputasset, haec addit: „Omissis locis „veterum scriptorum multis, ubi iynx metaphorice dicitur „de amoris illiciis aut partis alicuius, velut oculorum „pulcritudine ad amorem invitante, unum *Plutarchi* locum „excitabo de sera Numinis vindicta p. 109 ed. Wyttenb. „ubi Thespesium, animo loca inferna peragrantem et „reverti volentem subito virga tangit, quo melius singula „recordaretur: Καί τι ῥαβδίον, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, „διάπυρον προςάγειν — αὐτὸν δὲ ὥσπερ ὑπὸ „σύριγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ „σφόδρα καὶ βιαίῳ τῷ σώματι προσπεσεῖν etc. „Ubi miror Wyttenbachium non vidisse legendum esse „ὑπ᾽ ἴϋγγος, sed longe alia cogitasse. Nec potest vul„gari lectioni succurrere locus ex Lexico MSto positus „in Biblioth. Coisliniana p. 492 ἴϋγξ σύριγξ μονο„κάλαμος, καὶ ὄρνεον ᾠδὴ καὶ πειθώ. Id enim „docere voluit auctor, ab avis voce fistulae etiam genus, „una arundine compositum, dici iyngem.“ Cui assentitur Hessius, qui in Observv. critt. in Plutarchi vit. Timol. p. 4 annot. II scripsit: „Vers. fin.“ (libri de S. N. V.) „pro ὑπὸ σύριγγος conj. ὑπ᾽ ἴϋγγος σπασθέντα. „Wytt. in not. ὑπὸ μηρίνθου pro vulg. offert. Unice „proband. ἴϋγξ cf. Schneideri lex. Gr.“ — Ego, si mihi copia esset, libenter quaererem e Schneidero cur post verba Καί τι ῥαβδίον ὥσπερ οἱ ζωγράφοι διάπυρον προσάγειν omiserit ea, quae sequuntur, ἑτέραν δὲ κωλύειν, quibus indicatur Thespesium non esse tactum virga candenti neque eius memoriae inusta ea,

bello petitam praebent reliquiae Vaticanae, cuius prima verba haec sunt: Ὅτι τῶν κυνῶν ὠρυομένων

---

quae spectaverat, sed alteram ab altera mulierem esse impeditam, quominus id perficeret; deinde quaererem num perstaret in sententia sua, si quis ei diceret ineptissimam videri ἴυγγα, qua homines non ἐξαίφνης ὥσπερ πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ rapiantur, sed sine ulla violentia vi quadam, cui quamquam cerni non possit, nihilominus tamen nequeat resisti, trahantur; mirumque esse neque ipsum neque ante eum Wyttenbachium vidisse scribendum esse αὐτὸν δὲ ὥσπερ ὑπ' ἴλιγγος ἐξαίφνης σπασθέντα πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ τῷ σώματι προπεσεῖν κ. τ. λ. i. e. „se ipsum autem velut a turbine subito correptum „afflatu quodam vehementi et violento corpore procidisse." Videamus, quum in Plutarcho simus, alium eius locum, qui mihi quidem corruptus videtur. Scribitur enim in Sympos. lib. VIII. quaest. 1. cap. 1. ἐμοὶ δὲ πολλὰ λέγειν ἐπῄει τοῖς παροῦσι τῶν εἰς ταὐτὸ καιροῦ συνδραμόντων· οἷον ἦν τὸ περὶ τῆς Εὐριπίδου γενέσεως καὶ τελευτῆς, γενομένου μὲν ἡμέρᾳ, καθ' ἣν οἱ Ἕλληνες ἐναυμάχουν ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Μῆδον, ἀποθανόντος δέ, καθ' ἣν ἐγεννήθη Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων· ἅμα τῆς τύχης (ὡς Τίμαιος ἔφη) τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐπεισαγούσης. Ego vero nego, omnibus, ut puto, qui historiam norunt, assentientibus, Euripidem eo anno mortuum esse, quo Dionysius natus est; nam si quis dicere velit de anno nihil scripsisse Plutarchum, sed de eodem die tantum, etiam annum eundem intelligendum esse demonstrat annus diesque natalis Euripidis, quorum uterque plane cum anno dieque pugnae Salaminiae convenit, et Timaeus, cuius verba

καὶ τῶν Μεσσηνίων ἀπελπιζόντων προσελθών τις κ. τ. λ. Sermo est de virgine ex Aepytidarum

---

omni vi idonea carerent, nisi eodem prorsus die eiusdem anni utraque res facta esse diceretur. Sed Euripidem mortuum esse Olymp. 93. 2 Antigene Athenis archonte discimus e Marmore Pario; Diodorus lib. XIII cap. 103 Apollodorum, ait, chronologum Euripidis mortem eidem anno adscribere, cui Sophoclis, Olymp. 93. 3. Hoc autem anno Timaeus, quem illo tempore sequitur Diodorus, Dionysium maiorem non natum esse scripserat, sed tyrannide potitum (cf. Diod. XIII. 96 coll. capp. 82 et 90), quum iam quinque et viginti annos natus esset; regnavisse autem eum annos duodequadraginta (cf. Cic. Tuscul. lib. V cap. 20. Diod. lib. XV cap. 73.) mortuum igitur esse Olymp. 103. 1, aetatis anno 64, quum natus esset anno secundo Olymp. 87, quo tempore coepit bellum Peloponnesiacum. A Timaeo dissentire videbatur Ephorus, quem propterea carpsit Timaeus, qui et ipse vehementer reprehensus est a Polybio, quum perspicuum esset, vitium illud, quod in Ephori scripto exstabat, non Ephoro ipsi, sed scribae tribuendum fuisse (cf. reliqq. Vaticc. Polyb. lib. XII. 1 apud Maium p. 380 seq.). Mutanda est igitur scriptura loci Plutarchei et scribendum, ut ego quidem puto, ἀποθανόντος δὲ, καθ' ἣν τύραννος ἐγένετο Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων, nam maiorem hoc loco Dionysium retinendum non solum temporum rationes suadent, sed etiam Timaei verba τὸν ἀγωνιστὴν τῶν τραγικῶν παθῶν, quae in Dionysium filium cadere posse non puto, quamquam aliis aliter de hac re visum iri provideo; sed Dionysius filius natus est post Olymp. 95. 4, quo anno Doris Xeneti Locri filia, mater eius, Dionysio maiori nupsit (cf. Diod. XIV. 44 seq. XVI. 9 Platonis, quae dicitur, epist. II p. 313. Plut. Dio 3.), qua de caussa eum eodem anno natum, quo Euripides mortuus sit,

gente in salutem patriae mactanda, quod horrendum sacrificium quum etiam verba sequentia p. 6 apud Maium spectent, quae sunt Οὐδεμιᾶς γὰρ τιμῆς — πρὸς ὁμολογούμενον ὄλεθρον, bene ille fecit, quod ea iunxit quodammodo illis et tamen ita discrevit, ut facile perspicuum sit in Diodori oratione inter utramque sententiam alias complures positas fuisse, quamquam unius ambas rei narratio complexa fuerit. — Maius in annotatione scripsit „Triste hoc canum ululantium apud Mes„senios augurium narrat etiam Pausanias Messen. „seu lib. IV. 13 et 21. Idem prodigium sub „Caesaris necem accidisse superstitiose observat „Virgilius Georg. I. 470.,“ in tabella chronologica posuit annum *tricesimum* Urbis conditae, quo designare videtur annum primum Olympiadis XIV. Utitur enim Maius aera Varroniana, quod quum multis ex locis, tum inde apparet, quod pugnae Marathoniae, quam Olymp. 72. 3 commissam esse inter omnes constat, annum 264 U. c., et legationi Graecorum ad Gelonem Syracusanum de societate facienda auxiliisque contra Xerxem mittendis, quae librum undecimum cuius primus annus est Olymp. 75. 1, proxime antecedit, annum 274 U. c. adscripsit. Cur Varroniana quam Polybiana, quae et ipsa illis temporibus Diodori est aera, vel Catoniana, quam sequitur Dionysius, quaeque proxime ad Polybianam accedere videtur, uti maluerit, nescimus; sed

---

i. e, Olymp. 93. 3 Timaeum dixisse nullo modo possumus arbitrari. —

neminem arbitramur esse, qui neget, si ullo modo fieri potuerit, Maium Polybii rationes sequi debuisse, si non potuerit, Catonis rationes ei cum Polybianis quoquo modo coniungendas fuisse, ut Diodori temporum notationem quam maxime assequeretur. Verum his omissis videamus potius, quo anno historiae suae Diodorus sententias illas protulerit. Maium igitur eas anno primo Olymp. 14 tribuere et in annotatione de canibus etiam apud Pausaniam ululantibus loqui, iam commemoravi. Annus primus Olymp. 14 est annus vigesimus sive ultimus belli Messeniaci, quem Pausanias cap. 13 illo, quod Maius in annotatione citat, scripsit. Arbitrabere igitur fortasse, si belli Messeniaci historiam ignorabis, hoc anno apud Pausaniam oraculum illud commemorari, quo Messenii virginis sanguine ex Aepytidarum gente ortae Deorum iras placare salutemque patriae parere iussi esse dicuntur; nam in huius oraculi mentione utraque sententia versatur. Erras. Apud Maium nihil simile huius sententiae reperies nisi canes ululantes. Admirabere opinor Maium, cuius indicium in oraculi cuiusdam aetate vel potius anno definiendo a canibus forte ululantibus dirigatur. Non est, respondebit ille, quod admirere, canes hinc atque illinc ululant. — Ululent per me, undique ululent faciantque, quod in Capitolio non fecerunt, ululando ingentem quandam negligentiam indicent, aperiant, detegant. [2]) — Maius, quem propter κύνας

2.) Nisi Maio annus investigandus fuisset, quo ululatum

ὠρυομένους annum trigesimum Urbis conditae aliunde petere non potuisse intelligimus, quam ex Pausaniae verbis illis lib. IV cap. 13 extr. ὁ δὲ πόλεμος ἔλαβεν οὗτος τέλος ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἣν Δάσμων Κορίνθιος ἐνίκα στάδιον, Ἀθήνῃσι Μεδοντιδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτι ἐχόντων τὴν δεκέτιν καὶ ἔτους Ἱππομένει τετάρτου τῆς ἀρχῆς ἠνυσμένου, unde sumptum annum primum Olymp. 14 transmutavit et convertit in annum Urbis conditae utens computatione Varroniana. Maius dico quum verba ὁ δὲ πόλεμος ἔλαβεν οὗτος τέλος non potuerit, non videre, quumque ipse indicet se non haec solum verba, sed omnia ea, quae attuli, attento animo legisse, scribens ad sequentem particulam in annotatione: „Reapse messenii belli finis, quem modo „Diodorus scripsit, incidit in quartum Hippome-„nis archontis annum uti diserte adnotat Pausa-„nias IV. 13.,“ idem ille Maius, qui hasce particulas in oratione de fine belli primi Messeniaci anno primo Olymp. 14 a Diodoro positas fuisse

istum referret, canes illos eosdem, quos apud Pausaniam ululantes repperit, apud Plutarchum reperire potuit, qui cap. 8 libri illius, qui inscriptus est περὶ δεισιδαιμονίας, haec narrat: ὁ δὲ τῶν Μεσσηνίων βασιλεὺς Ἀριστόδημος ἐν τῷ πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμῳ κυνῶν λύκοις ὠρυομένων ὅμοια καὶ περὶ τὴν ἑστίαν αὐτοῦ ἀγρώστεως ἀναβλαστανούσης, καὶ τῶν μάντεων τὰ σημεῖα φοβουμένων ἐξαθυμήσας καὶ κατασβεσθεὶς ταῖς ἐλπίσιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. —

dicit, eas sententias, quae sunt in sequenti summa pagina, ex eiusdem belli Messeniaci primi narratione desumptas esse fatetur; et eis adscribit annum 31 U. c.; sive annum secundum Olymp. 11 i. e. annum primum *post bellum primum Messeniacum finitum.* O negligentiam negligentiarum! quid huic homini facias? negare non potest. Nam quo uno se defendere potuit, ut diceret Eusebio Armeniaco se usum esse in belli Messeniaci tempore definiendo, id ipse sibi eripuit, quum Pausaniam citavit. Praeterea etiamsi infelicibus illis verbis de fine belli Messeniaci omissis Eusebium citasset, tamen neque negligentiam suam excusare neque errorem tum suum tum scripturae Armeniacae pro vero anno nobis offerre potuisset. Negligentis est enim, quum duae sunt narrationes rerum gestarum, ei narrationi, quam apud scriptorem aliquem historiae alteri praepositam esse videmus, ne admonitis quidem lectoribus posteriorem annum adscribere; id quod fecit Maius: errantis autem putare Eusebium initium belli Messeniaci primi anno tertio Olympiadis nonae tribuisse, quod ad hunc annum in Maii interpretatione Armeniaci Eusebii relatum est; nam si ita scriptum est in codice Armeniaco, illud animo reputes, Armenium illum nihil aliud fecisse, quam Hieronymum: ille in Armeniacum convertit e Graeco, hic in Latinum; si multa Eusebii rectius apud interpretem Armenium servata esse reperimus quam apud Hieronymum, est etiam sat magnus numerus eorum, quae in emendatius scriptis codicibus Hieronymi magis

ad sententiam Eusebii relata esse apparet, quam apud Armenium interpretem. Ut hoc loco initium belli Messeniaci primi Armenius ad Olymp. IX. 3, sive Abrahami annum 1274, et primum Aesimedis archontis Athenis retulit, Scaliger autem ex optimis codicibus Hieronymi anno primo Olympiadis nonae, qui Armenio Eusebii interpreti est annus alter Olymp. IX (hic enim uno semper anno Hieronymi librarios praecedit, quod Olympiadis primae annum primum non cum anno tertio Aeschyli archontis Atheniensis, sed cum eiusdem anno secundo comparavit), sive anno Abrahami 1275, vel Charopis archont. Athen. anno decimo bellum vicennale Lacedaemoniorum et Messeniorum coepisse scripsit, assentiente, ut videtur, eorum librorum manuscriptorum, qui post Scaligerum collati sunt, longe optimo, codice Ravennati. — Iam vero satis de Maii errore disputavimus, quare nunc tandem verum harum sententiarum annum proferamus. Est autem annus primus Olymp. XI, quo anno Pausanias lib. IV cap. 9 oraculum illud Delphis Ithomen allatum esse, Lycisci filiam sorte morti destinatam cum patre Spartam profugisse, Aristodemum nefanda filiae caede se ipsum polluisse patriae salutem non peperisse exponit. — Maius ad verba oraculi, quae sunt apud Diodorum, scribit: „Modo ligata, „modo soluta oratione loqutam Pythiam tradit „Plutarchus de Pyth. or. T. VII. p. 590. Ceteroquin oraculum hoc iambicis versiculis extat „apud Pausaniam IV. 9; hexametris apud Euse„bium praep. V. 27. Prior ille diram quoque

„narrat puellae caedem a parente peractam;“ et tamen nesciit, quo haec essent referenda.

Quod ad verba Diodori attinet, Dindorfius in primae sententiae parte posteriore, quae est *καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων αὐτοὺς πλείστοις ἁμαρτήμασι περιπίπτειν, ὡς μὴ δυναμένους προϊδέσθαι τὸ μέλλον καὶ νῦν ὑπὲρ ὧν εἰκὸς μόνους τοὺς θεοὺς γινώσκειν ἀδύνατον ἀνθρώπους ὄντας ἐπίστασθαι*, praeter *αὐτοὺς*, quae est eius correctio certissima scripturae depravatae *αὐτοῖς*, quam apud Maium invenies, proposuit *ἀδυνατεῖν*, quod, quamquam ferri potest *ἀδύνατον*, tamen, quum sententiae concinnitas infinitivo magnopere adaugeatur, quin a Diodoro positum sit vix potest dubitari.[3]) — Quae deinde post *ἡ δὲ Πυθία*

3.) Ut hoc loco ita apud Dionem in reliquiis Vaticanis verbum in locum adiectivi restituendum esse videtur. Edidit enim Maius p. 182 cap. XXIII haecce: *Ὅτι ἐς τοῦτο ὅμιλος ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν εὐπατριδῶν προήχθη· ὃ γάρ τοι ὑπὲρ ἑαυτῶν ἡγοῦντο ποιεῖν, τὸ πολέμους τινὰς ἀεὶ παρασκευάζειν σφίσιν, ὅπως ὑπό γε τῶν ἔξωθεν κινδύνων σωφρονεῖν ἀναγκαῖον καὶ τοῦτο θρασυτέρους αὐτοὺς ἀπειργάζετο· οὔτε γὰρ στρατεύειν, εἰ μὴ λάβοιεν ὧν ἑκάστοτε ἐπωρέγοντο, βουλόμενοι καὶ ἀπροθύμως ὅποτε ἐξέλθοιεν ἀγωνιζόμενοι, πάνθ᾽ ὅσ᾽ ἤθελον ἔπραττον· κἂν τούτῳ καὶ ἀληθῶς οὐκ ὀλίγοι τῶν πλησιοχώρων σφίσι τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ πλεῖον, ἢ τῇ ἑαυτῶν δυνάμει θαρσοῦντες ἐνεωτέριζον*, quae ego ita scribenda esse puto: *Ὅτι ἐς τοῦτο ὁ ὅμιλος ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν*

ανεῖλεν οὕτως verba retulit Diodorus, ea non oraculi cuiusdam versibus scripti explicatio, sed

---

εὐπατριδῶν προήχθη· ὃ γάρ τοι ὑπὲρ ἑαυτῶν ἡγοῦντο ποιεῖν, τὸ πολέμους τινὰς ἀεὶ παρασκευάζειν σφίσιν, ὅπως ὑπό γε τῶν ἔξωθεν κινδύνων σωφρονεῖν ἀναγκάζωνται vel ἀναγκασθῶσι (nisi mavis ἀναγκασθεῖεν, quod ego non praefero), τοῦτο θρασυτέρους αὐτοὺς ἀπειργάζετο. — Ex hac autem sententia, quam Byzantinus ille e Dione exscripsit, verbis aliquot Zonarae, quae Wolfio suspecta visa erant, lucem afferre possumus. Nam ὁ πάλαι δρουγγάριος ἐκεῖνος τῆς βίγλης καὶ πρωτασηκρῆτις, quum pleraque a Dione Cassio sumpserit, haec quoque ex eodem fonte hausit, quae posita sunt p. 26 T. II Annal. ed Wolf. εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος. οὔτε γὰρ στρατεύειν ἐπείθοντο πολέμων ἐπικειμένων, εἰ μὴ ὧν ὠρέγοντο ἔτυχον. καὶ εἴ ποτε δ' ἐξῆλθον, ἀπροθύμως ἐμάχοντο, εἰ μὴ πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο ἤνυσαν. κἀντεῦθεν πολλοὶ τῶν προσοίκων αὐτοῖς τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ ἢ τῇ ἑαυτῶν θαῤῥοῦντες ἰσχύϊ ἐνεωτέρισαν. Wolfius dubitabat de primis verbis, quod non intellexit, opinor, qua ratione cum ceteris cohaererent: reliquiae Vaticanae demonstrant verba illa bene se habere, sed omissam esse eam sententiam, quam Dio, ut illa explicaret, addiderat. Quod praeterea in Zonarae verbis post διχοστασίᾳ excidit vocabulum πλέον, quaeri potest, incuria librariorum an volente Zonara praetermissum sit. Ego quum Zonaram in Dione exscribendo plerumque brevitati studuisse animadvertam, hoc potius credo, praesertim quum πλέον vel μᾶλλον, quod etiam prisci Graeci interdum

ipsa oraculi verba *καταλογάδην* editi esse videntur: nam Diodorum hoc modo nec Pausaniae iambos neque Eusebii hexametros interpretatum esse, id quidem ut opinor quisque intelligit, quamquam integrumne Eusebius oraculum an diruptum protulerit, etiamnum potest dubitari. Verba oraculi apud Diodorum, ut Dindorfius ea scripsit, haec sunt: *Ἐκ τοῦ Αἰπυτιδῶν γένους θῦσαι κόρην τὴν τυχοῦσαν· ἐὰν δὲ ἡ λαχοῦσα ἀδυνατῇ καθοσιωθῆναι, θῦσαι τότε παρθένον τὴν τοῦ διδόντος ἑκουσίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους· καὶ ταῦτα πράξαντες ἕξετε νίκην τοῦ πολέμου καὶ κράτος*, in quibus ego vocabulum *τυχοῦσαν* ferre non possum, multosque assentatores subscriptoresque habiturus esse mihi videor, quum dico frigidissimam esse hanc commutationem verbi *λαχοῦσαν*, quod proprium est, cum *τυχοῦσαν*, quod multo minus aptum videtur, praesertim, ut hic est, priore loco collocatum: quare aut male scriptum esse puto a Diodoro, aut *λαχοῦσαν* hoc quoque loco pro *τυχοῦσαν* scribendum. — *θῦσαι τότε* Dindorfio debemus, nam apud Maium scriptum erat *θύσαιτό τε;* [4]) qua

omiserunt, saepissime a posterioribus praetermittatur. -- In Zonarae verbis sequentibus, ubi sermo est de Cincinnato et cincinnis et cincinnatis, apud Dionem puto fuisse *ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισρυέντος εἰς τὸ πολίτευμα καὶ ἁπανταχοῦ κιγκιννάτους ἔστιν ὁρᾶν*, nam ut diceretur *παρεισφθαρῆναι κακόν τι εἰς τὸ πολίτευμα*, id non longe ante Zonarae aetatem in usum venisse videtur; apud Zonaram est autem *ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισφθαρέντος εἰς τὸ πολίτευμα*. — 4.) Perperam singula verba distinxerat

Dindorfii emendatione non minus vera et certa est ea, quae proxime sequitur, ubi ἐκ τοῦ αὐτιν

Maius, qui saepe in hac re peccavisse videtur; ut etiam in reliquiis Vaticanis Dionis Cassii complura eiusmodi aliis corrigenda reliquerit. Afferam exempla. Cap. IV p. 158 apud Maium nunc legimus Ἐπειδὴ γὰρ ἐνηπίστατο τούς τε πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ὁμοφυὲς σφίσι καὶ σύννομον ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὡς μηδὲν βέλτιον ἑαυτῶν ὄν, ποιουμένους, τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον ὡς καὶ κρεῖσσον πίστει τοῦ θείου θεραπεύοντας, χωρίον τέ τι ταῖς μούσαις ἱέρωσεν· quibus verbis Maius in annotatione adscripsit „se sibi videri tantum πίστει legere in obscurata valde pagina." Scriptum autem fuisse et nunc scribendum esse videtur Ἐπειδὴ γὰρ εὖ ἠπίστατο τούς γε πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ὁμοφυὲς σφίσι καὶ σύννομον ἐν ὀλιγωρίᾳ ὡς καὶ μηδὲν βέλτιον ἑαυτῶν ἂν ποιουμένους, τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον ὡς καὶ κρεῖσσον ὂν πίστει τοῦ θείου θεραπεύοντας, si quidem πίστει retinendum, quod sane multum adiuvatur verbis illis Fragmentorum Peiresc. Dionis p. 568 ap. Vales., quae sunt: Ἔπειτα καὶ ὅτι δι' ἑαυτῶν τότε κατέστησαν πίστιν τοῦ θείου λαβόντες κ. τ. λ. sed ego, si mihi sententia dicenda esset, mallem τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον, ὡς καὶ κρεῖσσόν τι δέει τοῦ θείου θεραπεύοντας. In postremis autem verbis χωρίον τέ τι ταῖς μούσαις ἱέρωσεν nihil muto, quod nescimus, quid secutum sit apud Dionem. — Alterum exemplum verborum male distinctorum est cap. XII p. 144, ubi haec scripta sunt apud Maium: καὶ οὐκ ὀλίγοι τῶν τὰ πολιτικὰ πρασσόντων, ἐθελοντεῖς τὸ

γένους scripsit pro ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, quod apud Maium scriptum legitur. Secutus est autem,

---

ἐπιεικὲς πρὸ τοῦ σφόδρα δικαίου, προαιροῦνται· τοῦτο μὲν γὰρ τῆς τε ἀνθρωπείας φύσεως πολλάκις ἡττᾶται καὶ ὅτι ὅτε παντελῶς καταλύεται· ἐκεῖνο δὲ σμικρόν τι αὐτοῦ καταθραῦσαν τὸ γοῦν λοιπὸν μεῖζον ὂν σώζει· πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τοῦ δυνατωτέρου ἐς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια ἐγένετο· ἄλλα τε καὶ πολλὰ κατὰ τῶν ὑπερημέρων αὐτοῖς ἐδέδοτο· καὶ εἰ δή τινες πλείους δεδανεικότες ἔτυχον, κρεουργηδὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα πρὸς τὸ μέρος ὧν ὤφειλεν ἐξουσίαν εἶχον κατανέμεσθαι· καὶ τοῦτο μὲν εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐνενόμιστο, ἀλλ' οὔ τί γε καὶ ἔργῳ ποτὲ ἐγεγόνει· πῶς γὰρ ἂν πρὸς τόσαν τὴν ὠμότητα προεχώρησαν, οἱ καὶ τοῖς ἐπ' ἀδικήματί τινι διάφευξιν ἐπὶ σωτηρίᾳ πολλάκις δόντες, τοῖς τε ἀπὸ τῶν πετρῶν τοῦ Καπιτωλίου ὠσθεῖσι ζῆν, εἰ περιγένοιντο, ἐπιτρέποντες; Quam sententiam ego ita scribendam esse puto: καὶ οὐκ ὀλίγοι — προαιροῦνται· τοῦτο μὲν γὰρ τῆς τε ἀνθρωπείας φύσεως πολλάκις ἡττᾶται καὶ ἐνιότε (vel ἔστιν ὅτε) παντελῶς καταλύεται, ἐκεῖνο δὲ σμικρόν τι αὐτοῦ (scribendum autem fortasse αὑτοῦ) καταθραῦσαν τὸ γοῦν λοιπὸν μεῖζον ὂν σώζει. πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τῶν δυνατωτέρων (est enim apud Zonaram T. II. p. 22. v. 6 seqq. Wolf: πλείστων γοῦν δ. τ. Ῥ. αἰ. ἡ τότε τῶν δυνατωτέρων πρὸς τοὺς ὑ. ἀ γέγονεν) ἐς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια ἐγένετο. ἄλλα τε

ut opinor, Pausaniae oraculum, in quo scriptum est καὶ παρ' ἀλλαίου ἰόντι θύειν, beneque statuisse

---

γὰρ πολλὰ κατὰ τῶν ὑπερημέρων αὐτοῖς ἐδέδοτο, καὶ εἰ δή τινες πλείους (hic velim insertum ἑνὶ) δεδανεικότες ἔτυχον, κρεουργηδὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα πρὸς τὸ μέρος ὧν ὤφειλεν ἐξουσίαν εἶχον κατανέμεσθαι· καὶ τοῦτο — ἐγεγόνει· πῶς γὰρ ἂν πρὸς τοσαύτην ὠμότητα προυχώρησαν οἱ καὶ τοῖς ἐπ' ἀδικήματί τινι (hoc loco inseram δικασθεῖσι vel δικαζομένοις) διαφεύξειν ἐπὶ σωτηρίᾳ πολλάκις δόντες, τοῖς τε ἀπὸ τῶν πετρῶν τοῦ Καπιτωλίου ὠσθεῖσι ζῆν, εἰ περιγένοιντο, ἐπιτρέποντες; Tertium exemplum est cap. XV p. 147, ubi in libro Vaticano Maius legit Ὅτι ὁ αὐτὸς στρατηγῆσαι θελήσας καὶ μὴ τελεσθεὶς ἠγανάκτησε τῷ ὁμίλῳ· καὶ ἐκ τούτου. καὶ ἐκ τούτοις δημάρχοις πολὺ δυναμένοις βαρύνεσθαι παῤῥησίᾳ πλείονι πρὸς αὐτὸν παρὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους οἱ ἐκ τῶν κατειργασμένων ἐχρῆτο, quae verba quum sana non esse intelligeret Maius, veram compositionem restituere voluit scribendo καὶ ἐκ τούτου καὶ τοῖς δημάρχοις κ. τ. λ. Quam sententiae vim esse existimaverit nescio, oblitus sum enim quibus eam Latinis verbis expresserit describere, quum libri copia mihi esset, verum in constituenda Cassii scriptura eum errasse, videbit, opinor, quicunque verba illa ita scripta leget: Ὅτι ὁ αὐτὸς (sc. ὁ Μάρκιος) στρατηγῆσαι (i. e. Consul esse vel fieri) θελήσας καὶ μὴ τελεσθεὶς ἠγανάκτησε τῷ ὁμίλῳ· καὶ ἐκ τούτου (quum propter repulsam plebi infensus esset) καὶ ἐκ τοῦ τοῖς δημάρχοις πολὺ δυναμένοις βαρύνεσθαι (quumque magnam tribunorum plebis potentiam

mihi videtur, quia ubi tam levi mutatione [5]) effici potest, ut historiae discrepantia tollatur, tutissi-

graviter ferret) παῤῥησίᾳ πλείονι πρὸς αὐτὸν (intell. τὸν ὅμιλον) παρὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους οἱ (i. e. αὐτῷ, τῷ Μαρκίῳ) ἐκ τῶν κατειργασμένων ἐχρῆτο. — In eiusdem capitis verbis proximis οἱ οὖν δήμαρχοι, οὕσπερ που καὶ τὰ μάλιστα καταλῦσαι ἐγλίχετο, τυραννίδος αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀγαγόντες ἐξήλασαν, scribendum esse puto, ut hoc praeteriens dicam, τυραννίδος αὐτὸν ὑπὸ τὸ πλῆθος ἀγαγόντες ἐξήλασαν. Et in eis, quae de eodem Marcio Coriolano scripta sunt apud Maium cap. XVI p. 148, Ἐκπεσὼν οὖν πρὸς τοὺς Οὐόλσκους καίπερ ἐχθίστους ὄντας ὀργῇ τῆς συμφορᾶς ἦλθε, καὶ ἑαυτὸν ἔκ τε τῆς ἀνδρείας ἐπεπείρατο καὶ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ πρὸς τοὺς πολίτας ἀσμένως δέχεσθαι προσεδόκησεν κ. τ. λ. tum propter totius sententiae vim, tum vero concinnitatis caussa singulorum incisorum scribo καὶ ἑαυτὸν ἔκ τε ἀνδρείας ἧς ἐπεπείραντο, ut his verbis respondeant καὶ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ πρὸς τοὺς πολίτας, et ad utrumque incisum referantur postrema ἀσμένως δέχεσθαι προσεδόκησεν κ. τ. λ. — 5.) Spiritus mutationi simillima est accentus mutatio, qua saepe ad vim sententiae alicuius restituendam prospere uti poteris, ut in versibus illis Diogenis Laertii, qui apud ipsum Diogenem lib. IX c. VII. n. XII § 43 et apud Tzetzem Chil. II v. 998 seqq. inveniuntur, ubi ita scripti sunt:

Καί τις ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
Ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκριτος;
Ὃς θάνατον παρεόντα τρί' ἤματα δώμασιν ἔσχε
Καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισεν.

ad sententiam Eusebii relata esse apparet, quam apud Armenium interpretem. Ut hoc loco initium belli Messeniaci primi Armenius ad Olymp. IX. 3, sive Abrahami annum 1274, et primum Aesimedis archontis Athenis retulit, Scaliger autem ex optimis codicibus Hieronymi anno primo Olympiadis nonae, qui Armenio Eusebii interpreti est annus alter Olymp. IX (hic enim uno semper anno Hieronymi librarios praecedit, quod Olympiadis primae annum primum non cum anno tertio Aeschyli archontis Atheniensis, sed cum eiusdem anno secundo comparavit), sive anno Abrahami 1275, vel Charopis archont. Athen. anno decimo bellum vicennale Lacedaemoniorum et Messeniorum coepisse scripsit, assentiente, ut videtur, eorum librorum manuscriptorum, qui post Scaligerum collati sunt, longe optimo, codice Ravennati. — Iam vero satis de Maii errore disputavimus, quare nunc tandem verum harum sententiarum annum proferamus. Est autem annus primus Olymp. XI, quo anno Pausanias lib. IV cap. 9 oraculum illud Delphis Ithomen allatum esse, Lycisci filiam sorte morti destinatam cum patre Spartam profugisse, Aristodemum nefanda filiae caede se ipsum polluisse patriae salutem non peperisse exponit. — Maius ad verba oraculi, quae sunt apud Diodorum, scribit: „Modo ligata, „modo soluta oratione locutam Pythiam tradit „Plutarchus de Pyth. or. T. VII. p. 590. Ceteroquin oraculum hoc iambicis versiculis extat „apud Pausaniam IV. 9; hexametris apud Euse„bium praep. V. 27. Prior ille diram quoque

„narrat puellae caedem a parente peractam;" et tamen nesciit, quo haec essent referenda.

Quod ad verba Diodori attinet, Dindorfius in primae sententiae parte posteriore, quae est *καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων αὐτοὺς πλείστοις ἁμαρτήμασι περιπίπτειν, ὡς μὴ δυναμένους προϊδέσθαι τὸ μέλλον καὶ νῦν ὑπὲρ ὧν εἰκὸς μόνους τοὺς θεοὺς γινώσκειν ἀδύνατον ἀνθρώπους ὄντας ἐπίστασθαι*, praeter *αὐτοὺς*, quae est eius correctio certissima scripturae depravatae *αὐτοῖς*, quam apud Maium invenies, proposuit *ἀδυνατεῖν*, quod, quamquam ferri potest *ἀδύνατον*, tamen, quum sententiae concinnitas infinitivo magnopere adaugeatur, quin a Diodoro positum sit vix potest dubitari. [3]) — Quae deinde post *ἡ δὲ Πυθία*

3.) Ut hoc loco ita apud Dionem in reliquiis Vaticanis *verbum in locum adiectivi* restituendum esse videtur. Edidit enim Maius p. 152 cap. XXIII haecce: *Ὅτι ἐς τοῦτο ὅμιλος ὑπ' αὐτῶν τῶν εὐπατριδῶν προήχθη· ὃ γάρ τοι ὑπὲρ ἑαυτῶν ἡγοῦντο ποιεῖν, τὸ πολέμους τινὰς ἀεὶ παρασκευάζειν σφίσιν, ὅπως ὑπό γε τῶν ἔξωθεν κινδύνων σωφρονεῖν ἀναγκαῖον καὶ τοῦτο θρασυτέρους αὐτοὺς ἀπειργάζετο· οὔτε γὰρ στρατεύειν, εἰ μὴ λάβοιεν ὧν ἑκάστοτε ἐπωρέγοντο, βουλόμενοι καὶ ἀπροθύμως ὅποτε ἐξέλθοιεν ἀγωνιζόμενοι, πάνθ' ὅσ' ἤθελον ἔπραττον· κἂν τούτῳ καὶ ἀληθῶς οὐκ ὀλίγοι τῶν πλησιοχώρων σφίσι τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ πλεῖον, ἢ τῇ ἑαυτῶν δυνάμει θαρσοῦντες ἐνεωτέριζον*, quae ego ita scribenda esse puto: *Ὅτι ἐς τοῦτο ὁ ὅμιλος ὑπ' αὐτῶν τῶν*

ανεῖλεν οὕτως verba retulit Diodorus, ea non oraculi cuiusdam versibus scripti explicatio, sed

---

εὐπατριδῶν προήχθη· ὃ γάρ τοι ὑπὲρ ἑαυτῶν ἡγοῦντο ποιεῖν, τὸ πολέμους τινὰς ἀεὶ παρασκευάζειν σφίσιν, ὅπως ὑπό γε τῶν ἔξωθεν κινδύνων σωφρονεῖν ἀναγκάζωνται vel ἀναγκασθῶσι (nisi mavis ἀναγκασθεῖεν, quod ego non praefero), τοῦτο θρασυτέρους αὐτοὺς ἀπειργάζετο. — Ex hac autem sententia, quam Byzantinus ille e Dione exscripsit, verbis aliquot Zonarae, quae Wolfio suspecta visa erant, lucem afferre possumus. Nam ὁ πάλαι δρουγγάριος ἐκεῖνος τῆς βίγλης καὶ πρωτασηκρῆτις, quum pleraque a Dione Cassio sumpserit, haec quoque ex eodem fonte hausit, quae posita sunt p. 26 T. II Annal. ed Wolf. εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος. οὔτε γὰρ στρατεύειν ἐπείθοντο πολέμων ἐπικειμένων, εἰ μὴ ὧν ὠρέγοντο ἔτυχον. καὶ εἴ ποτε δ' ἐξῆλθον, ἀπροθύμως ἐμάχοντο, εἰ μὴ πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο ἤνυσαν. κἀντεῦθεν πολλοὶ τῶν προσοίκων αὐτοῖς τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ ἢ τῇ ἑαυτῶν θαῤῥοῦντες ἰσχύϊ ἐνεωτέρισαν. Wolfius dubitabat de primis verbis, quod non intellexit, opinor, qua ratione cum ceteris cohaererent: reliquiae Vaticanae demonstrant verba illa bene se habere, sed omissam esse eam sententiam, quam Dio, ut illa explicaret, addiderat. Quod praeterea in Zonarae verbis post διχοστασίᾳ excidit vocabulum πλέον, quaeri potest, incuria librariorum an volente Zonara praetermissum sit. Ego quum Zonaram in Dione exscribendo plerumque brevitati studuisse animadvertam, hoc potius credo, praesertim quum πλέον vel μᾶλλον, quod etiam prisci Graeci interdum

ipsa oraculi verba καταλογάδην editi esse videntur: nam Diodorum hoc modo nec Pausaniae iambos neque Eusebii hexametros interpretatum esse, id quidem ut opinor quisque intelligit, quamquam integrumne Eusebius oraculum an diruptum protulerit, etiamnum potest dubitari. Verba oraculi apud Diodorum, ut Dindorfius ea scripsit, haec sunt: Ἐκ τοῦ Αἰπυτιδῶν γένους θῦσαι κόρην τὴν τυχοῦσαν· ἐὰν δὲ ἡ λαχοῦσα ἀδυνατῇ καθοσιωθῆναι, θῦσαι τότε παρθένον τὴν τοῦ διδόντος ἑκουσίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους· καὶ ταῦτα πράξαντες ἕξετε νίκην τοῦ πολέμου καὶ κράτος, in quibus ego vocabulum τυχοῦσαν ferre non possum, multosque assentatores subscriptoresque habiturus esse mihi videor, quum dico frigidissimam esse hanc commutationem verbi λαχοῦσαν, quod proprium est, cum τυχοῦσαν, quod multo minus aptum videtur, praesertim, ut hic est, priore loco collocatum: quare aut male scriptum esse puto a Diodoro, aut λαχοῦσαν hoc quoque loco pro τυχοῦσαν scribendum. — θῦσαι τότε Dindorfio debemus, nam apud Maium scriptum erat θύσαιτό τε; [4]) qua

---

omiserunt, saepissime a posterioribus praetermittatur. — In Zonarae verbis sequentibus, ubi sermo est de Cincinnato et cincinnis et cincinnatis, apud Dionem puto fuisse ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισρυέντος εἰς τὸ πολίτευμα καὶ ἁπανταχοῦ κιγκιννάτους ἔστιν ὁρᾶν, nam ut diceretur παρεισφθαρῆναι κακόν τι εἰς τὸ πολίτευμα, id non longe ante Zonarae aetatem in usum venisse videtur; apud Zonaram est autem ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισφθαρέντος εἰς τὸ πολίτευμα. — 4.) Perperam singula verba distinxerat

Dindorfii emendatione non minus vera et certa est ea, quae proxime sequitur, ubi ἐκ τοῦ αὔτιν

Maius, qui saepe in hac re peccavisse videtur; ut etiam in reliquiis Vaticanis Dionis Cassii complura eiusmodi aliis corrigenda reliquerit. Afferam exempla. Cap. IV p. 158 apud Maium nunc legimus Ἐπειδὴ γὰρ ἐνηπίστατο τούς τε πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ὁμοφυὲς σφίσι καὶ σύννομον ἐν ὀλιγωρίᾳ, ὡς μηδὲν βέλτιον ἑαυτῶν ὄν, ποιουμένους, τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον ὡς καὶ κρεῖσσον πίστει τοῦ θείου θεραπεύοντας, χωρίον τέ τι ταῖς μούσαις ἱέρωσεν· quibus verbis Maius in annotatione adscripsit „se sibi videri tantum πίστει legere in obscurata valde pagina.“ Scriptum autem fuisse et nunc scribendum esse videtur Ἐπειδὴ γὰρ εὖ ἠπίστατο τούς γε πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ μὲν ὁμοφυὲς σφίσι καὶ σύννομον ἐν ὀλιγωρίᾳ ὡς καὶ μηδὲν βέλτιον ἑαυτῶν ἂν ποιουμένους, τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον ὡς καὶ κρεῖσσον ὂν πίστει τοῦ θείου θεραπεύοντας, si quidem πίστει retinendum, quod sane multum adiuvatur verbis illis Fragmentorum Peiresc. Dionis p. 568 ap. Vales., quae sunt: Ἔπειτα καὶ ὅτι δι᾽ ἑαυτῶν τότε κατέστησαν πίστιν τοῦ θείου λαβόντες κ. τ. λ. sed ego, si mihi sententia dicenda esset, mallem τὸ δὲ ἀφανὲς καὶ ἀλλοῖον, ὡς καὶ κρεῖσσόν τι δέει τοῦ θείου θεραπεύοντας. In postremis autem verbis χωρίον τέ τι ταῖς μούσαις ἱέρωσεν nihil muto, quod nescimus, quid secutum sit apud Dionem. — Alterum exemplum verborum male distinctorum est cap. XII p. 144, ubi haec scripta sunt apud Maium: καὶ οὐκ ὀλίγοι τῶν τὰ πολιτικὰ πρασσόντων, ἐθελοντεῖς τὸ

γένους scripsit pro ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, quod apud Maium scriptum legitur. Secutus est autem,

---

ἐπιεικὲς πρὸ τοῦ σφόδρα δικαίου προαιροῦνται· τοῦτο μὲν γὰρ τῆς τε ἀνθρωπείας φύσεως πολλάκις ἡττᾶται καὶ ὅτι ὅτε παντελῶς καταλύεται· ἐκεῖνο δὲ σμικρόν τι αὐτοῦ καταθραῦσαν τὸ γοῦν λοιπὸν μεῖζον ὂν σώζει· πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τοῦ δυνατωτέρου ἐς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια ἐγένετο· ἄλλα τε καὶ πολλὰ κατὰ τῶν ὑπερημέρων αὐτοῖς ἐδέδοτο· καὶ εἰ δή τινες πλείους δεδανεικότες ἔτυχον, κρεουργηδὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα πρὸς τὸ μέρος ὧν ὤφειλεν ἐξουσίαν εἶχον κατανέμεσθαι· καὶ τοῦτο μὲν εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐνενόμιστο, ἀλλ' οὔ τί γε καὶ ἔργῳ ποτὲ ἐγεγόνει· πῶς γὰρ ἂν πρὸς τόσαν τὴν ὠμότητα προεχώρησαν, οἱ καὶ τοῖς ἐπ' ἀδικήματί τινι διάφευξιν ἐπὶ σωτηρίᾳ πολλάκις δόντες, τοῖς τε ἀπὸ τῶν πετρῶν τοῦ Καπιτωλίου ὠσθεῖσι ζῆν, εἰ περιγένοιντο, ἐπιτρέποντες; Quam sententiam ego ita scribendam esse puto: καὶ οὐκ ὀλίγοι — προαιροῦνται· τοῦτο μὲν γὰρ τῆς τε ἀνθρωπείας φύσεως πολλάκις ἡττᾶται καὶ ἐνιότε (vel ἔστιν ὅτε) παντελῶς καταλύεται, ἐκεῖνο δὲ σμικρόν τι αὐτοῦ (scribendum autem fortasse αὐτοῦ) καταθραῦσαν τὸ γοῦν λοιπὸν μεῖζον ὂν σώζει. πλείστων γοῦν δεινῶν τοῖς Ῥωμαίοις αἰτία ἡ τῶν δυνατωτέρων (est enim apud Zonaram T. II. p. 22. v. 6 seqq. Wolf.: πλείστων γοῦν δ. τ. Ῥ. αἰ. ἡ τότε τῶν δυνατωτέρων πρὸς τοὺς ὑ. α γέγονεν) ἐς τοὺς ὑποδεεστέρους ἀκρίβεια ἐγένετο. ἄλλα τε

ut opinor, Pausaniae oraculum, in quo scriptum est καὶ παρ' ἀλλαίου τότε θύειν, beneque statuisse

---

γὰρ πολλὰ κατὰ τῶν ὑπερημέρων αὐτοῖς ἐδέδοτο, καὶ εἰ δή τινες πλείους (hic velim insertum ἑνὶ) δεδανεικότες ἔτυχον, κρεουργηδὸν αὐτοῦ τὸ σῶμα πρὸς τὸ μέρος ὧν ὤφειλεν ἐξουσίαν εἶχον κατανέμεσθαι· καὶ τοῦτο — ἐγεγόνει· πῶς γὰρ ἂν πρὸς τοσαύτην ὠμότητα προυχώρησαν οἱ καὶ τοῖς ἐπ' ἀδικήματί τινι (hoc loco inseram δικασθεῖσι vel δικαζομένοις) διαφεύξιν ἐπὶ σωτηρίᾳ πολλάκις δόντες, τοῖς τε ἀπὸ τῶν πετρῶν τοῦ Καπιτωλίου ὠσθεῖσι ζῆν, εἰ περιγένοιντο, ἐπιτρέποντες; Tertium exemplum est cap. XV p. 147, ubi in libro Vaticano Maius legit Ὅτι ὁ αὐτὸς στρατηγῆσαι θελήσας καὶ μὴ τελεσθεὶς ἠγανάκτησε τῷ ὁμίλῳ· καὶ ἐκ τούτου. καὶ ἐκ τούτοις δημάρχοις πολὺ δυναμένοις βαρύνεσθαι παῤῥησίᾳ πλείονι πρὸς αὐτὸν παρὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους οἱ ἐκ τῶν κατειργασμένων ἐχρῆτο, quae verba quum sana non esse intelligeret Maius, veram compositionem restituere voluit scribendo καὶ ἐκ τούτου καὶ τοῖς δημάρχοις κ. τ. λ. Quam sententiae vim esse existimaverit nescio, oblitus sum enim quibus eam Latinis verbis expresserit describere, quum libri copia mihi esset, verum in constituenda Cassii scriptura eum errasse, videbit, opinor, quicunque verba illa ita scripta leget: Ὅτι ὁ αὐτὸς (sc. ὁ Μάρκιος) στρατηγῆσαι (i. e. Consul esse vel fieri) θελήσας καὶ μὴ τελεσθεὶς ἠγανάκτησε τῷ ὁμίλῳ· καὶ ἐκ τούτου (quum propter repulsam plebi infensus esset) καὶ ἐκ τοῦ τοῖς δημάρχοις πολὺ δυναμένοις βαρύνεσθαι (quumque magnam tribunorum plebis potentiam

mihi videtur, quia ubi tam levi mutatione [5]) effici potest, ut historiae discrepantia tollatur, tutissi-

---

graviter ferret) παῤῥησίᾳ πλείονι πρὸς αὐτὸν (intell. τὸν ὅμιλον) παρὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίους οἱ (i. e. αὐτῷ, τῷ Μαρκίῳ) ἐκ τῶν κατειργασμένων ἐχρῆτο. — In eiusdem capitis verbis proximis οἱ οὖν δήμαρχοι, οὕσπερ που καὶ τὰ μάλιστα καταλῦσαι ἐγλίχετο, τυραννίδος αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀγαγόντες ἐξήλασαν, scribendum esse puto, ut hoc praeteriens dicam, τυραννίδος αὐτὸν ὑπὸ τὸ πλῆθος ἀγαγόντες ἐξήλασαν. Et in eis, quae de eodem Marcio Coriolano scripta sunt apud Maium cap. XVI p. 148, Ἐκπεσὼν οὖν πρὸς τοὺς Οὐόλσκους καίπερ ἐχθίστους ὄντας ὀργῇ τῆς συμφορᾶς ἦλθε, καὶ ἑαυτὸν ἔκ τε τῆς ἀνδρείας ἐπεπείρατο καὶ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ πρὸς τοὺς πολίτας ἀσμένως δέχεσθαι προσεδόκησεν κ. τ. λ. tum propter totius sententiae vim, tum vero concinnitatis caussa singulorum incisorum scribo καὶ ἑαυτὸν ἔκ τε ἀνδρείας ἧς ἐπεπείραντο, ut his verbis respondeant καὶ ἐκ τοῦ θυμοῦ τοῦ πρὸς τοὺς πολίτας, et ad utrumque incisum referantur postrema ἀσμένως δέχεσθαι προσεδόκησεν κ. τ. λ. — 5.) Spiritus mutationi simillima est accentus mutatio, qua saepe ad vim sententiae alicuius restituendam prospere uti poteris, ut in versibus illis Diogenis Laertii, qui apud ipsum Diogenem lib. IX c. VII. n. XII § 43 et apud Tzetzem Chil. II v. 996 seqq. inveniuntur, ubi ita scripti sunt:

Καί τις ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
Ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκριτος;
Ὃς θάνατον παρεόντα τρί' ἤματα δώμασιν ἔσχε
Καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισεν.

mum arbitror esse mutare; quamquam hoc loco nequit demonstrari, fieri non potuisse, ut in aliquo oraculo, nam plura de hac re in veterum historiis ferri videmus, ea sententia prodita fuerit, quam Maius τοῦ αὐτοῦ scribendo expressit, praesertim quum Aristodemus et ipse Aepytida fuisse perhibeatur. —

Sed emendatius sine dubio scribes mutato accentu. Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον, ‖ Ὅσσον ὁ παντοδαὴς ἤνυσε Δημόκριτος: nam etiam μήνυσε corruptum esse intelliget, cui non ignotum erit hoc verbum ῡ suum producere in Futuro et Aoristo, quique sententiam ipsam paullo diligentius atque intentius adspexerit, cui minime hoc verbum convenire videtur; id autem, quod ego posui commendatione egere non arbitror. Eodem modo interrogationem restituas apud Scymnum Chium, cuius versus 94 s. scribendi sunt: εἰ μήθ' ἕτερον, ὥς φασι, ποῦ ποτ' ἔστι γῆς ‖ κἂν τίσι τόποις τὴν πατρίδα κειμένην ἔχει, quum etiam apud Gailium scribantur: εἰ μήθ' ἕτερον, ὥς φασιν, οὔ ποτ' ἐστὶ γῆς ‖ κἄν τισι τόποις τὴν πατρίδα κειμένην ἔχει. — Eiusdem versum 130, qui nunc male scribitur ἢ τῶν κατὰ Σικελίαν κειμένων πολισμάτων, refeceris, opinor, scribendo ἢ τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν κειμένων πόλεων vel τόπων. —

Cap. XIIII.

De reliquiis libri octavi Bibliothecae historicae Diodori e tempore Olymp. XI. 4 usque ad Olymp. XIII. 3.

Prima particula, quam post verba illa de bello Messeniaco, de quibus capite proximo superiore diximus, recensebimus, est caput illud de Archia conditore Syracusarum, quod est in Excerptt. de virtt. et vitt. p. 548 v. 40 seqq. et incipit verbis *Ὅτι Ἀρχίας ὁ Κορίνθιος ἐραστὴς ὢν Ἀκταίωνος κ. τ. λ.* Valesius, qui annotationem ad hanc particulam scripsit, rectissime animadvertit eam in narratione originis Syracusarum positam fuisse, et quae addit: „Quamvis autem annus, quo con-„ditae sunt Syracusae in his Excerptis non nota-„tur, ex eo tamen, quod post Messeniacum bellum „id refertur, apparet, post IX Olympiadem id „contigisse. Itaque assentior Eusebio, qui anno „ultimo XI Olymp. Syracusas ab Archia conditas „prodit," ea verissime mihi dicta esse videntur. Nam e Vaticanis reliquiis intelligitur Archiae res Diodorum certe non ante annum primum eiusdem illius nonae Olympiadis narrasse, quod infra demonstrabo. Eusebio autem non solum hoc loco, sed etiam alias saepe, ubi annos urbium conditarum adscripsit, ita fidem habendam esse puto, ut antiquos scriptores, et plerumque eos, quos Diodorus secutus sit, sic statuisse, Eusebium autem, quae legerit, magna fide retulisse credamus. Quod ut tam honorifice de Eusebio praedicarem, mirus

quidem fecit consensus inter Thucydidem et Eusebium et alios, qui urbium conditarum vel eversarum tempora retulerunt. *Eusebius* enim scripsit Syracusas conditas esse Olymp. XI. *4*, Gelam autem Olymp. XXIII. 1, sive 45 annis post Syracusas conditas, et *Thucydides* lib. VI cap. 4 *Γέλαν δὲ*, inquit, *Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἐποίκους ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκισιν. — ἔτεσι δὲ*, pergit, *ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἴκισιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν, τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ποταμοῦ ὀνομάσαντες, οἰκιστὰς δὲ ποιήσαντες Ἀριστόνουν καὶ Πυστίλον, νόμιμα δὲ τὰ Γελῴων δόντες*. Annus *centesimus octavus* post Olymp. XXIII. 1 est annus *primus* Olymp. *L*, cui Olympiadi, ut Eusebii rationes firmentur, Agrigentis origines etiam Pindari scholiastes tribuit ad Olymp. I vers. 166 ita scribens: *Εἰ μὲν τὸ τινὰ πρὸς τὸ ἄνδρα συνάψῃς πόλιν ἑκατὸν ἐτῶν νοήσεις τὴν Ἀκράγαντα· ἐν γὰρ τῇ πεντηκοστῇ ὀλυμπιάδι ἐκτίσθη*. De Camarina Thucydides lib. VI cap. 5 hisce utitur verbis: *Καμαρίνα τὸ πρῶτον ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθη ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν, οἰκισταὶ δὲ ἐγένοντο αὐτῆς Δάσκων καὶ Μενέκωλος. ἀναστάτων δὲ Καμαριναίων γενομένων πολέμῳ ὑπὸ Συρακουσίων δι' ἀπόστασιν, χρόνῳ Ἱπποκράτης ὕστερον Γέλας τύραννος λύτρα ἀνδρῶν Συρακουσίων αἰχμαλώτων λαβὼν τὴν γῆν τὴν Καμαριναίων αὐτὸς οἰκιστὴς γενόμενος κατῴκισε Καμαρίναν. καὶ αὖθις*

ὑπὸ Γέλωνος ἀνάστατος γενομένη τὸ τρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος (scribendum ὑπὸ Γελώων). *Centesimus trigesimus quintus* annus post Olymp. XI. 4 est *Olymp. XLV. 3*, cui anno Eusebius adscripsit, *conditam esse Camarinam*. Scymnus Chius v. 293 seqq.[1]) canit: — ἔκτισαν — Συρα-

1) Paullo ante hos versus emendatius quaedam scribenda esse puto apud Scymnum, haec enim scriptura est versuum 282 seqq. in libro Gailiano Μετὰ ταῦτα δ᾽ ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοί τε, καὶ ‖ ἡ τὴν θέσιν τ᾽ ἔχουσα Ῥηγίου πέραν ‖ ἐπὶ τοῦδε πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ, ‖ Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔσχ᾽ ἀποικίαν. τ᾽, quod est post θέσιν non est in codice Casaub. neque apud Morell., quamobrem magis ad sententiam Scymni, opinor, scribes ἡ τὴν θέσιν μὲν ἔχουσα Ῥηγίου πέραν, ‖ ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ κ. τ. λ. Sin τ᾽ servare velis, scribendum erit, ἐπὶ τοῦ τε πορθμοῦ κ. τ. λ., quod tamen ego non possum probare. — πορθμὸς hicce me admonet alius versus Scymni, quem Gailius corrupit; scripsit enim v. 490 seqq. ἔχει δὲ λιμένας, οὓς μὲν εἰς μεσημβρίαν ‖ βλέποντας εὐκαιρότατα πρὸς τὸν Ἀδρίαν, ‖ τὸν Σικελικόν τε πόρον· οὓς δὲ πρὸς Κύπρον versu vacillante. In codicibus manuscriptis est τὸ Σικελικόν τε πόριον, Morell. e cod. Pal. scripsit τ. ἐμπόριον, Vinding. et Berkel. ad Steph. p. 228 volunt τὸν Σ. τε πόντον: aut hoc scribendum esse ego quoque censeo, aut τὸν Σικελικόν τε πορθμόν. Nam ut aptius sit hoc loco *mare* Siculum, ut ait Gailius ad v. 284, *fretum* tamen non est ineptum. — Praeterea paullo post versum illum, quem supra in oratione ipsa citavi, sunt versus 299 seqq.,

κόσιοι δὲ τὴν Καμαρίνην λεγομένην· || αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν, || πρὸς ἓξ ἔτη καὶ

---

ita scripti apud Gailium: Ἡ δ' Ἰταλία προσεχὴς μέν ἐστ' Οἰνωτρίᾳ, || μιγάδας τε πρότερον ἥτις ἔσχε Βαρβάρους, ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος Ἰταλοῦ τοὔνομα || λαβοῦσα κ. τ. λ., ubi sine dubio scribendum μιγάδας τὸ πρότερον ἥτις ἔσχε Βαρβάρους. — Eadem corruptio est in verbis reliquiarum Vatican. Dionis Cassii p. 138 cap. V, ubi scribas: Τὸν ἐκ τῆς ἐμφύτου τοῖς ἀνθρώποις πρός τε τὸ ὅμοιον φιλανθρωπίας, καὶ πρὸς τὸ (apud Maium est πρός τε) ἄρχειν ἑτέρων ἐπιθυμίας. Nec minus corrupta his verbis sunt ea, quae antecedunt: ita enim se habent apud Maium: Ὅτι ὁ Τοῦλλος καὶ ὁ Μέττιος οὐδέτεροι συνεχώρουν τὴν μετανάστασιν, ἀμφότεροι δὲ τὰ σφέτερα περιέστελλον· ὅ, τε γὰρ Τοῦλλος πρός τε τὴν φήμην τὴν περὶ Ῥωμύλου καὶ πρὸς τὴν δύναμιν τὴν παροῦσαν, καὶ ὁ Φουφήτιος πρός τε τὴν ἀρχαιότητα τῆς Ἄλβης, καὶ ὅτι καὶ μητρόπολις ἄλλων τε πολλῶν καὶ αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων ἦν, ἐπαιρόμενοι, μικρὸν οὐδὲν ἐφρόνουν· δι' οὖν ταῦτα τῆς ἀμφισβητήσεως ἐκείνης ἀπήντησαν, περὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας διενήχθησαν· ἀστασίαστοι γὰρ ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἀσφαλῶς συμβιοῦν σφᾶς ἑώρων· Quae ego sic emendanda esse puto: Ὅτι ὁ Τοῦλλος — περιέστελλον· ὅ τε γὰρ Τοῦλλος πρός τε τὴν φήμην τὴν περὶ Ῥωμύλου καὶ — μικρὸν οὐδὲν ἐφρόνουν· δι' οὖν ταῦτα τῆς ἀμφισβητήσεως ἐκείνης ἀπέστησαν, περὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας διενήχθησαν. — ἀστασίαστοι (vel potius ἀστα-

τετταράκοντ' ἠκμημένην. annus *quadragesimus sextus* post Olymp. XLV. 3 est annus *primus Olymp. LVII*; scholiastes autem Pindari ad Olymp. V vers. 16 scripsit κτίζεται μὲν γὰρ ἡ Καμαρίνα τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι· ἐπικρατησάντων δὲ τῶν Συρακουσίων πορθεῖται τῇ νζ' ὀλυμπιάδι. Tantus consensus fecit, ut etiamsi non conditas esse illas urbes eis annis, quibus Eusebius scripsit, sed tamen ab antiquis historiae scriptoribus illis annis earum origines tributas esse credam; quamobrem Wesselingius mihi laudandus esse videtur, qui quum apud Diodorum lib. XIII cap. 59 legisset, Selinuntem Olymp. XCII. 4 captam esse atque eversam, annis CCXLVII post quam condita esset, hanc annotationem adscripserit: „Condita ergo fuit „anno secundo Olymp. XXXI" (scribe XXXII). „At Thucydides L. VI. 4 Selinuntis initia centum „annis posteriora prodit origine Megarorum, „quibus antea Hyblae nomen: quae quidem „exstructa cum sint circa Olymp. XI, coniicit „Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 227, „scripsisse Diodorum διακοσ. τριάκοντα δύο, „Selinuntemque adeo anno primo Olymp. XXXV

στάσεως, ut opinor) γὰρ ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἀσφαλῶς συμβιοῦν σφᾶς ἑώρων. ἀπέστησαν et διηνέχθησαν si quis suo ingenio reperire non potuisset, suppeditasset Zonaras T. II p. 11 v. 4 Wolf., qui hanc ipsam historiam sed multo contractius e Dione exscripsit. Quod autem posteriorem sententiae partem a priore seiunxi, id omnes, opinor, probabunt, qui utriusque sententiae vim satis perspexerint. —

„haud fuisse priorem: cuius opinioni obloqu
„non auderem, si annus, in quem Megarorun
„primordia sunt conferenda, citra dubium certu
„esset, quod necdum mihi apparuit.“ Cur
Diodoro sive cum hac numeri scriptura faci
Eusebius, apud quem, si Scaligerianam Hieronyn
interpretationem inspicies, Selinuntis primordi
Olympiadi trigesimae primae, si Vallarsianan
quae codicibus eis, quos Scaliger posterior
vocat, maxime nititur, Olympiadi trigesima
tertiae adscripta esse videbis; apud Armeniu
interpretem verba de Selinunte exciderunt, qu
si ille suo loco servasset, vix dubito, qu
Olympiadi trigesimae secundae fortasse etiam an
secundo adscripta videremus. — At non congru
is annus cum Thucydidis verbis lib. VI cap.
quae sunt *οἱ δ' ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάν*
Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ προδόντος τὴν χώρ
καὶ καθηγησαμένου, Μεγαρέας ᾤκισαν τ
Ὑβλαίους κληθέντας, καὶ ἔτη οἰκήσαντες πέ
καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια ὑπὸ Γέλω
τυράννου Συρακουσίων ἀνέστησαν ἐκ τῆς πόλ
καὶ χώρας· πρὶν δὲ ἀναστῆναι ἔτεσιν ὕστε
ἑκατὸν ἢ αὐτοὺς οἰκίσαι Πάμμιλον πέμψαν
Σελινοῦντα κτίζουσι. Nam, quod Wesseling
non videtur perspexisse, ut propter mar
Parium sive Arundelianum, in quo Syracusa
origines Olymp. V. 3 adscriptae sunt, fieri po
ut Olymp VII. 2 i. e. centum annis ante S
nuntem Megara sint condita, de quo viri d
dubitabunt, fieri non potest, ut ducentis qua
ginta quinque annis post Olymp. VII. 2 a Ge

sint eversa. Inde enim efficitur Olymp. LXVIII. 3, quo anno neque Gelae nec Syracusis ullus fuit tyrannus, neque usquam tyrannus Gelo Dinomenis filius. Si numerus 245 annorum bene se habet, quum Gelo Megarenses circiter Olymp. LXXIV. ²/₃ expugnasse videatur, Megara condita erunt Olymp. XIII. ¹/₂, quae si et ipsa est Thucydidis sententia, aut ille cum Diodoro non consentit, aut numerus centum annorum, quos intercedere inter Megarorum et Selinuntis primordia apud Thucydidem scriptum legimus, depravatus est. Heynius in libro, qui inscribitur opuscula academica, P. I cap. XIV. p. 256 seqq., quum apud Eusebium legisset Naxum conditam esse Olymp. XI. 1, inde ex Thucydidis rationibus multarum urbium origines definiit, paullo aliter, quam Eusebius, sed tamen aliter, neque tanto ille spatio ab Eusebio dissentit, ut iis, qui Thucydidis verbis ac numeris accuratissime perpensis illarum urbium primordia annis describere conantur, satisfacturus sit aut satisfacere possit: quare non tam laudabile eius consilium fuisse videtur, quam visum est multis viris doctissimis ante hoc tempus.

Ceterum hanc quoque particulam Bibliothecae Diodoreae, quae est de Archia Euageti F. sive de ortu Syracusarum, is, qui Excerptt. de virtt. et vitt. confecit, non ea fide descripsit, ut nos ab initio usque ad finem Diodori verba legere arbitrari possimus. Mihi quidem posteriores tantum sententiae genuinae esse videntur: priorem narrationis partem contractam puto nos legere, ut exciderint complura, in quibus verba ea, quae

in reliquiis Vaticanis servata videmus p. 6 Maii cap. VIII, quae sunt: *προέπιπτεν εἰς ἀνάξια τῆς περὶ αὐτὸν δόξης ἁμαρτήματα· δεινὸς γὰρ ὁ ἔρως σφῆλαι τοὺς νέους καὶ μάλιστα τοὺς μεγαλοφρονοῦντας ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ· διὸ καὶ παρεισήγαγον οἱ παλαιοὶ τῶν μυθογράφων τὸν ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀνίκητον Ἡρακλέα ὑπὸ τῆς τούτου δυνάμεως νικώμενον.* De his verbis ita commentatus est Maius: „Difficile est divinare de quonam homi„ne loquatur heic Diodorus; namque eclogarius „morali tantum sententiae intentus, peccantis „viri nomen reticuit. Ceterum veniebat in mentem „ille iuvenis, qui apud Pausaniam IV. 9 falso „dixit se vitiavisse Aristodemi filiam. Aliter, „quam Pausanias, narrationem fortasse scripserat „Diodorus, et pro mendacio rem veram posuerat. „Vel fortasse intelligitur ille, qui Hippomenis „Atheniensium archontis filiae stuprum intulit „apud eundem Diodorum in excerptis editis „p. 550. Reapse Messenii belli finis, quem „modo Diodorus scripsit, incidit in quartum „Hippomenis archontis annum, uti diserte adnotat „Pausanias IV. 13. Quare tempora utriusque „rei congruunt. Denique cogitabam de Gorgo „Messenio.“ Errat vir doctus: nec Messenius ille, neque Hippomenis filiae adulter, nec Gorgus Aristomenis F. est, de quo loquitur Diodorus; sed est Archias Euageti F.: neque ego intelligo, quomodo Maius de quoquam ex illis, quos nominavit, cogitare potuerit; nullo enim negotio cognoscere potuit, in neminem horum illa verba cadere posse. „Aliter“ inquit,

„quam Pausanias, narrationem de Aristodemi „filiae amatore fortasse scripserat Diodorus et „pro mendacio rem veram posuerat.“ Profecto longe aliter scripsisse Diodorus tibi putandus est, si ex tua ratiocinatione post Olymp. XIV. 1 Aristodemus filiam necavit, eodem, ut videtur, anno, quo semet ipse interemit. Sed, ut hoc mittamus, quid scripsit Pausanias lib. IV cap. 9 §. 5? *Ἀνήρ*, inquit, *τῶν Μεσσηνίων* (*τὸ δὲ ὄνομα οὐ λέγουσιν*) *ἐρῶν ἔτυχε τοῦ Ἀριστοδήμου τῆς θυγατρὸς, τότε δὲ ἔμελλε καὶ γυναῖκα ἄξεσθαι κ. τ. λ.* — Pausanias multo post Diodorum scripsit, sed sponsi illius nomen dicere non potuit, quod qui ante eum scripserant, id non retulerant; *τὸ δὲ ὄνομα οὐ λέγουσιν* inquit; Diodoro igitur non magis notum fuisse illud nomen, quam Pausaniae, putamus, nam si ille id retulisset, antiquiore, ut puto, scriptore usus esset auctore, quem si legere potuit Diodorus, eundem atque insuper ipsum Diodorum, opinor, legere potuit Pausanias: mirum igitur esset, si is, qui post vixit non rescisset nomen, sed *notum esse negaret*, quum, qui multo ante vixit, id iam investigasset ac memoriae prodidisset. Si autem Diodorus nec posuit nomen nec noverat, nonne ridiculum eum eiusdem virtutes ac gloriam laudare, cuius nomen nescit? Aristodemi generum virum fortem ac strenuum fuisse soceri nomen testatur, eundem Euphai regi amicitia coniunctum fuisse Pausanias narrat. Sed nonne vides genero sive sponso illo eodemque Euphais regis amico ad fabulam adornandam opus fuisse, ut Aristodemus

quidem fecit consensus inter Thucydidem et Eusebium et alios, qui urbium conditarum vel eversarum tempora retulerunt. *Eusebius* enim scripsit Syracusas conditas esse Olymp. XI. 4, Gelam autem Olymp. XXIII. 1, sive 45 annis post Syracusas conditas, et *Thucydides* lib. VI cap. 4 *Γέλαν δὲ*, inquit, *Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἐποίκους ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκισιν.* — *ἔτεσι δὲ*, pergit, *ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἴκισιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν, τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ποταμοῦ ὀνομάσαντες, οἰκιστὰς δὲ ποιήσαντες Ἀριστόνουν καὶ Πυστίλον, νόμιμα δὲ τὰ Γελῴων δόντες.* Annus *centesimus octavus* post Olymp. XXIII. 1 est annus *primus* Olymp. *L*, cui Olympiadi, ut Eusebii rationes firmentur, Agrigentis origines etiam Pindari scholiastes tribuit ad Olymp. I vers. 166 ita scribens: *Εἰ μὲν τὸ τινὰ πρὸς τὸ ἄνδρα συνάψῃς πόλιν ἑκατὸν ἐτῶν νοήσεις τὴν Ἀκράγαντα· ἐν γὰρ τῇ πεντηκοστῇ ὀλυμπιάδι ἐκτίσθη.* De Camarina Thucydides lib. VI cap. 5 hisce utitur verbis: *Καμαρίνα τὸ πρῶτον ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθη ἔτεσιν ἐγγύτατα πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν, οἰκισταὶ δὲ ἐγένοντο αὐτῆς Δάσκων καὶ Μενέκωλος. ἀναστάτων δὲ Καμαριναίων γενομένων πολέμῳ ὑπὸ Συρακουσίων δι' ἀπόστασιν, χρόνῳ Ἱπποκράτης ὕστερον Γέλας τύραννος λύτρα ἀνδρῶν Συρακουσίων αἰχμαλώτων λαβὼν τὴν γῆν τὴν Καμαριναίων αὐτὸς οἰκιστὴς γενόμενος κατῴκισε Καμαρίναν. καὶ αὖθις*

ὑπὸ Γέλωνος ἀνάστατος γενομένη τὸ τρίτον κατῳκίσθη ὑπὸ Γέλωνος (scribendum ὑπὸ Γελώων); *Centesimus trigesimus quintus* annus post Olymp. XI. 4 est *Olymp. XLV. 3*, cui anno Eusebius adscripsit, *conditam esse Camarinam.* Scymnus Chius v. 293 seqq.[1]) canit: — ἔκτισαν — Συρα-

---

1.) Paullo ante hos versus emendatius quaedam scribenda esse puto apud Scymnum, haec enim scriptura est versuum 282 seqq. in libro Gailiano Μετὰ ταῦτα δ' ἀπὸ Νάξου Λεοντῖνοί τε, καὶ ‖ ἡ τὴν θέσιν τ' ἔχουσα Ῥηγίου πέραν ‖ ἐπὶ τοῦδε πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ, ‖ Ζάγκλη, Κατάνη, Καλλίπολις ἔσχ' ἀποικίαν. τ', quod est post θέσιν non est in codice Casaub. neque apud Morell., quamobrem magis ad sententiam Scymni, opinor, scribes ἡ τὴν θέσιν μὲν ἔχουσα Ῥηγίου πέραν, ‖ ἐπὶ τοῦ δὲ πορθμοῦ κειμένη τοῦ Σικελικοῦ κ. τ. λ. Sin τ' servare velis, scribendum erit, ἐπὶ τοῦ τε πορθμοῦ κ. τ. λ., quod tamen ego non possum probare. — πορθμὸς hicce me admonet alius versus Scymni, quem Gailius corrupit; scripsit enim v. 490 seqq. ἔχει δὲ λιμένας, οὓς μὲν εἰς μεσημβρίαν ‖ βλέποντας εὐκαιρότατα πρὸς τὸν Ἀδρίαν, ‖ τὸν Σικελικόν τε πόρον· οὓς δὲ πρὸς Κύπρον versu vacillante. In codicibus manuscriptis est τὸ Σικελικόν τε πόριον, Morell. e cod. Pal. scripsit τ. ἐμπόριον, Vinding. et Berkel. ad Steph. p. 228 volunt τὸν Σ. τε πόντον: aut hoc scribendum esse ego quoque censeo, aut τὸν Σικελικόν τε πορθμόν. Nam ut aptius sit hoc loco *mare* Siculum, ut ait Gailius ad v. 284, *fretum* tamen non est ineptum. — Praeterea paullo post versum illum, quem supra in oratione ipsa citavi, sunt versus 299 seqq.,

κόσιοι δὲ τὴν Καμαρίνην λεγομένην[1] ‖ αὐτοὶ δὲ ταύτην ἦραν ἐκ βάθρων πάλιν, ‖ πρὸς ἓξ ἔτη καὶ

---

ita scripti apud Gailiüm: Ἡ δ' Ἰταλία προσεχὴς μὲν ἔστ' Οἰνωτρίᾳ, ‖ μιγάδας τε πρότερον ἥτις ἔσχε Βαρβάρους, ἀπὸ τοῦ δυναστεύσαντος Ἰταλοῦ τοὔνομα ‖ λαβοῦσα κ. τ. λ., ubi sine dubio scribendum μιγάδας τὸ πρότερον ἥτις ἔσχε Βαρβάρους. — Eadem corruptio est in verbis reliquiarum Vatican. Dionis Cassii p. 138 cap. V, ubi scribas: Τὸν ἐκ τῆς ἐμφύτου τοῖς ἀνθρώποις πρός τε τὸ ὅμοιον φιλανθρωπίας, καὶ πρὸς τὸ (apud Maium est πρός τε) ἄρχειν ἑτέρων ἐπιθυμίας. Nec minus corrupta his verbis sunt ea, quae antecedunt: ita enim se habent apud Maium: Ὅτι ὁ Τοῦλλος καὶ ὁ Μέττιος οὐδέτεροι συνεχώρουν τὴν μετανάστασιν, ἀμφότεροι δὲ τὰ σφέτερα περιέστελλον ὅ, τε γὰρ Τοῦλλος πρός τε τὴν φήμην τὴν περὶ Ῥωμύλου καὶ πρὸς τὴν δύναμιν τὴν παροῦσαν, καὶ ὁ Φουφήτιος πρός τε τὴν ἀρχαιότητα τῆς Ἄλβης, καὶ ὅτι καὶ μητρόπολις ἄλλων τε πολλῶν καὶ αὐτῶν τῶν Ῥωμαίων ἦν, ἐπαιρόμενοι, μικρὸν οὐδὲν ἐφρόνουν· δι' οὖν ταῦτα τῆς ἀμφισβητήσεως ἐκείνης ἀπήντησαν, περὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας διενήχθησαν· ἀστασίαστοι γὰρ ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἀσφαλῶς συμβιοῦν σφᾶς ἑώρων. Quae ego sic emendanda esse puto: Ὅτι ὁ Τοῦλλος — περιέστελλον· ὅ τε γὰρ Τοῦλλος πρός τε τὴν φήμην τὴν περὶ Ῥωμύλον καὶ — μικρὸν οὐδὲν ἐφρόνουν· δι' οὖν ταῦτα τῆς ἀμφισβητήσεως ἐκείνης ἀπέστησαν, περὶ δὲ τῆς ἡγεμονίας διενήχθησαν. — ἀστασίαστοι (vel potius ἀστασ—

τετταράκοντ' ἠκμένην. annus *quadragesimus sextus* post Olymp. XLV. 3 est annus *primus Olymp. LVII*; scholiastes autem Pindari ad Olymp. V vers. 16 scripsit κτίζεται μὲν γὰρ ἡ Καμαρῖνα τεσσαρακοστῇ πέμπτῃ ὀλυμπιάδι· ἐπικρατησάντων δὲ τῶν Συρακουσίων πορθεῖται τῇ νζ' ὀλυμπιάδι. Tantus consensus fecit, ut etiamsi non conditas esse illas urbes eis annis, quibus Eusebius scripsit, sed tamen ab antiquis historiae scriptoribus illis annis earum origines tributas esse credam; quamobrem Wesselingius mihi laudandus esse videtur, qui quum apud Diodorum lib. XIII cap. 59 legisset, Selinuntem Olymp. XCII. 4 captam esse atque eversam, annis CCXLVII post quam condita esset, hanc annotationem adscripserit: „Condita ergo fuit „anno secundo Olymp. XXXI" (scribe XXXII). „At Thucydides L. VI. 4 Selinuntis initia centum „annis posteriora prodit origine Megarorum, „quibus antea Hyblae nomen: quae quidem „exstructa cum sint circa Olymp. XI, coniicit „Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. I. p. 227, „scripsisse Diodorum διακοσ. τριάκοντα δύο, „Selinuntemque adeo anno primo Olymp. XXXV

διάστως, ut opinor) γὰρ ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἀσφαλῶς συμβιοῦν σφᾶς ἑώρων. ἀπέστησαν et διηνέχθησαν si quis suo ingenio reperire non potuisset, suppeditasset Zonaras T. II p. 11 v. 4 Wolf., qui hanc ipsam historiam sed multo contractius e Dione exscripsit. Quod autem posteriorem sententiae partem a priore seiunxi, id omnes, opinor, probabunt, qui utriusque sententiae vim satis perspexerint. —

Wessel, Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ἐπιστάτης αἱρεθεὶς τῆς περὶ τὸν νεὼν τῆς Ἀθηνᾶς οἰκοδομίας — ὡς ἔτι καὶ νῦν ὀνομάζεται Ἐμβρονταῖον; nam adiecta

---

Putaveram antea τὴν δεκάτην esse vectigal quoddam, cui decimae nomen, vel vectigalis cuiusdam decimam partem, ut portorii; neque hoc ineptum fuisse ostendit mos Carthaginiensium, quem Diodorus lib. XX cap. 14 his verbis exponit, εἰώθεισαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις δεκάτην ἀποστέλλειν τῷ θεῷ (intell. τῷ Ἡρακλεῖ τῷ ἐν Τύρῳ) πάντων τῶν εἰς πρόσοδον πιπτόντων. Sed illud quoque, quod Syracusis factum esse Demon scripsit, satis probabile esse videtur; nam singulos homines saepe Romae Herculi decimam omnium bonorum partem vovisse, et polluxisse Plutarchus testatur Quaestt. Romann. 18. coll. Diod. lib. IV, cap. 21 et Plauti Stich. I, 3. 80 cum annot. interpp., ut, quamquam ego civitatis exemplum non novi, tamen res sit credibilis, etiam si forte nullum praeterea exemplum exstet. Patet τὴν δεκάτην τῶν Συρακουσίων poni pro ingentibus quibusdam divitiis, ut erant teste Demone; πολυτελεῖς autem sunt non modo *divites*, *splendidi*, sed sunt quoque, *qui magnos sumptus faciunt*, *luxuriosi*, qualis fuit Lucullus. Eiusmodi hominum luxuria mihi quidem nullo modo aptius cum ingentibus opibus coniungi posse videtur in sententia, quam si dicatur „Tam luxuriosi estis, ut ne Syracusanorum decuma quidem vobis „sufficiat.“ Atque ita Strabonis verba interpretanda esse puto, ut, nisi ἐκγίγνεσθαι *sufficere* significare potest, aliud verbum in eius locum restituatur, velut ἐξαρκοῖ vel ἐξίκοιτο vel simile quid; sed ita copulatum est ἐκγίγνεσθαι ut facile illam vim habere posse videatur: nec praetermitti debet, eos qui alio modo Strabonis verba interpretati sunt, praeterquam quod satis ineptam sententiam effecerunt, non magis demon.

fuisse videntur ipsi illi narrationi originis Syracusarum. —

Sequitur apud Bipontinos editores litigatio illa duorum fortium virorum Messeniorum de palma virtutis, quam ab H. Stephano editam Is. Vossius Assemannusque e diversis codicibus Diodoro tribuerunt. Si est Diodori, recte ipsa collocata, recteque ei annus tertius Olymp. XII adscriptus esse videtur; sed nisi duo illi viri dixissent in codicibus Diodori nomen praescriptum esse, ego non crederem Diodorum esse

---

strasse, verbo ἐκγίγνεσθαι vim esse posse *habendi* vel *possidendi*, quam me nunc *sufficiendi*, ut, quum par sit mea interpretatio illorum explicationi, si verborum vim ac potestatem respicimus, multo mea praestet illi, si sententiarum rationem et convenientiam spectamus. Obscuriorem autem iam pridem hanc Strabonis fuisse sententiam indicat Epitome, cuius scriptor ne ipse quidem vim verborum Strabonis perspexisse videtur: scripsit enim τὴν δ' ἐν Συρακουσίοις τοῦ πλούτου ὑπερβολὴν (intell. μαρτυρεῖ) ἡ παροιμία λέγουσα περὶ τῶν ὑπερβολῶν, ὅτι οὐδὲ τὴν τῶν Συρακουσίων δεκάτην ἀμείβω, quod non est describere Strabonis verba, sed sua sponte novum aliquod exemplum illius proverbii facere. — Praeter hanc verborum ultimorum diversam a vulgari interpretationem, id quoque hoc loco proferendum mihi esse videtur, in verbis paullo superioribus, ut verborum compositio constet, aut scribendum esse ἐρέσθαι δὲ τὸν θεὸν sublato commate post ἐλθεῖν, aut, quod etiam aptius, Ἅμα δὲ Μύσκελλόν τέ φασιν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν καὶ τὸν Ἀρχίαν, χρηστηριαζομένων δ' ἐρέσθαι τὸν θεόν, πότερον κ. τ. λ. —

auctorem, quod ne sic quidem facile credo. Nam praeterquam quod Diodorus lib. XV cap. 66, quum dixisset bellum primum Messeniacum fuisse viginti annorum, tum Parthenias natos esse Tarentumque conditum, alterum autem bellum ab Aristomene Spartanis concitatum esse, qui multas hoc bello calamitates eis intulerit, adiecit *ἔνιοι δὲ τὸν Ἀριστομένην γεγονέναι φασὶ κατὰ τὸν εἰκοσαετῆ πόλεμον*, unde ipsum non esse in his, sed contra cum Pausania facere apparet, perspici non potest, quomodo is, de quo Pausanias his utitur verbis: *Τότε μὲν δὴ πεσὼν* (i. e. *τραυματισθεὶς καὶ λειποψυχήσας*) *ὁ Εὐφάης τήν τε μάχην ἐπεμήκυνε καὶ προήγαγεν ἐς πλέον παρὰ ἑκατέρων τὰ τολμήματα· ὕστερον δὲ ἀνήνεγκε μὲν καὶ ᾔσθετο ὅτι οὐκ ἔλαττον ἐσχήκασιν ἐν τῷ ἔργῳ, ἡμέραις δὲ οὐ πολλαῖς ἀποθνήσκει βασιλεύσας κ. τ. λ.*, a Diodoro dici possit *ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἐκ τῶν τραυμάτων προθεῖναι κρίσιν ἀριστείου*, praesertim quum in hoc virtutis iudicio Cleonni dicendum fuerit, qui et ipse *ἀσθενῶς ἐκ τῶν τραυμάτων διακείμενος οὔτε βαδίζειν καθ' αὑτὸν οὔτε χειραγωγεῖσθαι δυνατὸς ἦν*, sed ab Aristomene in urbem portatus est, ut intelligas vires ei reficiendas fuisse antequam diceret. Boivinus, levissimus rerum historicarum existimator, haec prorsus negligit. Sed quid dico Boivinum, quum, quotiescunque mihi in mentem venit eius disputationis, nequeam satis mirari, qua fuerim patientia, ut talia perlegere potuerim? nam quod ille sibi probandum proposuerat, Aristomenem non solum secundo bello Messeniaco regem

fuisse, sed etiam primo, neque diversum hominem esse ab Aristodemo, sed eundem, id quis credat lecto Pausania; quem ille tertio quoque versu testem producit. Pausanias enim non solum dixit Myronem narrasse ab *Aristomene* bello primo Theopompum regem Lacedaemoniorum occisum esse *paullo ante mortem Aristodemi regis Messeniorum*, sed dixit etiam *Aristomenem* ne secundo quidem bello *regem* fuisse, sed *imperatorem*. Ne Wesselingium quidem offendit ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἐκ τῶν τραυμάτων, quasi quis esset Graecus homo, qui τὸν ἀναλαβόντα ἑαυτὸν ἐκ τῶν τραυμάτων eadem conditione esse diceret, qua est ὁ ἀνενεγκὼν ἐκ λειποψυχίας: Euphaes rex οὐκ ἀνέλαβεν ἑαυτὸν ἐκ τῶν τραυμάτων, ἀλλ' ἀπέθανε. Quare, si haec ad Olymp. XII. 3 referenda sunt, aliter, qui haec scripsit, narravit res primo bello Messeniaco gestas, ac Pausanias; si quis referre volet ad pugnam priorem Olymp. X. 3, quam Pausanias capp. 7 et 8 scribit, non maior erit consensus inter Pausaniam et harum oratiuncularum scriptorem; nec si quis ad pugnam posteriorem Olymp. XIII. $^2/_3$, de qua Pausanias cap. 11. Haec nunc de descriptione illa disputanda mihi fuisse putaveram, subtiliorem rei disquisitionem atque investigationem et aliis et alii tempori relinquo. —

Proxima sunt verba illa reliquiarum Vaticanarum p. 7 Maii καὶ ταῖς προθυμίαις ἐπεῤῥώσθησαν· τοὺς γὰρ ἐκ παίδων ἀνδρείαν καὶ καρτερίαν ἀσκοῦντας, κἄν ἡ τύχη που ταπεινώσῃ, βραχὺς λόγος ἐφ' ὃ δεῖ παρίστησιν· οὐ μὴν οὐδὲ οἱ

Μεσσήνιοι τούτων ἀπελείποντο ταῖς προθυμίαις ἀλλὰ ταῖς σφῶν ἀρεταῖς πιστεύσαντες — „ita „abrumpitur in codice oratio“ addit Maius in annotatione, videtur autem subiicere hisce potuisse, nos ideo posse confidere, eum, qui hanc epitomen conscripsit, nihil de suo addidisse, sed ipsa Diodori verba conservasse. Adscripsit praeterea haec: „Videtur sermo esse de Lacedaemoniis, „qui ob clades a Messeniis acceptas interdum „animis concidebant. Diodor. mox; Pausanias „IV. 12.“ annum, cui tribuenda esse haec verba putet, in tabula chronologica non scripsit. — Si quis Graeca illa verba adspicit, continuo is animadvertit Lacedaemoniorum animos rebus adversis afflictos dici, sed eosdem erectos brevi oratione, promptosque redditos atque alacres et officii memores: neque vero minus alacres ac prompti erant Messeniorum animi; sed confidebant fortitudini suae. Quae est autem ista cupiditas utrorumque? nonne belli gerendi, nonne nunc iam conserendi manus? Brevi oratione usus est Spartanus ille, qui suos officii commonefecit, nonne hac tum potissimum opus est, quum pugna committenda est? Equidem his rationibus inductus verba illa ante pugnae descriptionem posita fuisse credo. Lacedaemoniorum rex milites suos oratione inflammavit, sicut eum fecisse ante proelium Olymp. X. 3 Pausanias scribit hisce verbis: *πρὸς μὲν δὴ τοὺς Λακεδαιμονίους βραχεῖαν κατὰ τὸ ἐπιχώριον τὴν παράκλησιν ἐποιεῖτο ὁ Θεόπομπος, τοῦ τε ὅρκου τοῦ κατὰ τῶν Μεσσηνίων ἀναμιμνήσκων κ. τ. λ.* pugna autem, cui haec verba prae-

missa videntur, est ea, quam Pausanias cap. 11 describit. Quod apud Pausaniam nulla orationis mentio est, id non potest quemquam offendere, neque enim omnia ibi singulatim narrare debuit: re autem ipsa nihil est probabilius, nam multo magis admonitione tum opus erat, quam Olymp. X. 3. Tempus huius posterioris pugnae est Olymp. XIII. 3, Aristodemo regnante annum quintum, quo tempore Lacedaemoniorum animi non tam cladibus, nondum enim victi erant, sed aequo semper Marte dimicaverant, quam diuturnitate belli et propter oraculum favens Messeniis, ut videbatur, afflicti erant, cuius rei argumenta invenies apud Pausaniam cap. 10 princ., ubi sunt verba haecce: *Λακεδαιμόνιοι δὲ ἀκούσαντες τὸν γενόμενον Μεσσηνίοις χρησμὸν* (de puella diis inferis mactanda) *ἀθύμως διέκειντο καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ βασιλεῖς, ἔς τε τὰ λοιπὰ καὶ ἄρχειν ὀκνοῦντες μάχης*, et cap. 11 princ., ubi dicit: *πέμπτῳ δὲ ἔτει τῆς Ἀριστοδήμου* (excidit in libro Weigeliano an in omnibus libris? *βασιλείας*) *μελλόντων ἐκ προῤῥήσεως συμβολὴν ποιήσεσθαι* (*τῷ τε γὰρ μήκει τοῦ πολέμου καὶ τοῖς δαπανήμασιν ἀπειρήκεσαν*) *κ. τ. λ.* Victi sunt magno proelio ab Aristodemo, quo descripto pergit Pausanias cap 12 hoc modo: *Λακεδαιμονίους δὲ ἐλύπει μὲν τὸ γεγονὸς πταῖσμα, τεθνεώτων ἐν τῇ μάχῃ πολλῶν τε καὶ ἀξίων λόγου. παρίστατο δὲ καὶ ἐς τὴν πᾶσαν ἐλπίδα τοῦ πολέμου σφίσιν ἀθύμως ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο θεωροὺς ἀποστέλλουσιν ἐς Δελφούς.* Haec cum sequenti oraculo exhibet proxima particula in reliquiis Vaticanis, cuius

haec sunt verba: *Ὅτι δὲ Λακεδαιμόνιοι καταπονούμενοι ὑπὸ Μεσσηνίων, ἔπεμψαν εἰς Δελφούς. ἡ δὲ ἔχρησεν·*
οὔ σε μάχης μόνον ἔργ' ἐφέπειν χερὶ Φοῖβος ἀνώγει,
ἀλλ' ἀπάτῃ μὲν ἔχει γαῖαν Μεσσηνίδα λαός,
ταῖς δ' αὐταῖς τέχναισιν ἁλώσεται αἷσπερ ὑπῆρξεν.
ἔστι δὲ τὸ νοούμενον, μὴ μόνον τοῖς ἐκ τῆς βίας ἔργοις ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ δόλου „desideratur in „codice verbum" adscripsit Maius. Praeterea ut Graeca explicaret, haec verba adiecit in annotamentis: „extat sequens oraculum apud Pausaniam „IV. 12 et apud Eusebium praep. V. 27;" et „Lacedaemoniorum porro dolos in debellandis „Messeniis adhibitos habes apud eundem Pausa„niam IV. 12." Quamquam autem hoc Pausaniae Messeniacorum caput citavit, quod quemvis alium docere poterat, cui anno haec particula tribuenda esset, ipse id non intellexit, sed, ut iam supra dixi, annum posuit in tabula chronologica, qui est primus *post finitum* bellum primum Messeniacum, Olymp. XIV. 2. Scripsit enim annum 51 post U. cond., qui ex aera Varroniana, quam Maium sequi arbitror, respondet anno secundo Olymp. XIV.; Catoni idem est tertius eiusdem Olympiadis, Polybio quartus, Fabio tertius Olymp. XV, Cincio secundus Olymp. XX; quod pluribus exposui, ne quis temere putet, me iniquam Maio aeram U. cond. sequi. Sed scripsit Maius illum annum, quod caput VII harum reliquiarum infelicissime anno 30 U. cond. sive ultimo belli Messeniaci primi, i. e. Olymp. XIV. 1 tribuerat. Verus annus est idem, quo pugna



illa, de qua modo dixi, commissa est, tertius Olymp. XIII., qui verbis illis Pausaniae, quae supra, quum de hac particula inciperem disputare, posui, significatur. —

Cap. XIV.

De reliquiis eis libri octavi Bibliothecae Diodori Siculi, quae incidunt in tempus inter Olymp. XVI. 3 et XVIII. 1.

Disputavi duobus superioribus capitibus de reliquiis Diodori Bibliothecae historicae, quae restant ex descriptione temporis belli Messeniaci primi, nunc ordine pergam atque eas recensebo, quae illas proxime sequuntur. — Desunt autem omnia, quae sub Olymp. XIII. 4, sub Olymp. XIV et XV et tribus prioribus annis Olymp. XVI protulerat Diodorus. Anno quarto Olymp. XVI Numam regem creatum esse, post 37 regni annos Romuli et unum interregni annum tradidisse videtur, nisi Romulo 38 annos adscripsit, quod eum non fecisse non potest demonstrari. In prima Numae regis mentione verba illa posita fuerunt, quae Excerptt. de virtt. et vitt. p. 549 v. 73 sqq. Wessel. legimus, Ὅτι Πομπήλιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον κ. τ. λ., in qua particula verba Diodori aliquantum mutata et contracta esse a scriptore excerptorum quivis intelligit. His verbis sub eodem anno iuncta fuisse puto ea omnia, quae Maius caput nonum reli-

quiarum Vaticanarum appellavit, ac mihi quidem sententiae illae aut ex oratione quadam Numae aut e Diodori disputatione aliqua de Numae institutis desumptae esse videntur. Quod autem ad verba ipsa attinet, altera pars primae sententiae haec est: τὸ μὲν γὰρ ὅλον παρ' οἷς ἀθάνατον εἶναι συμβαίνει καὶ τὴν εὐεργεσίαν καὶ τὴν κόλασιν, φανερὸν ὡς ἐν τούτοις παρασκευάζειν προσήκει τὴν μὲν ὀργὴν ἀγένητον, τὴν δὲ εὔνοιαν αἰώνιον· in quibus verbis παρασκευάζειν προσήκει pro παρασκευάζει προσήκειν, quod est apud Maium, sine dubio recte scripserunt Geelius Maii libri existimator in Bibl. crit. nov. Vol. IV Lugd. Bat. 1828 p. 456 sqq., et Dindorfius; si autem ille pro ἀγένητον malet ἀγέννητον, ut vult, Dindorfius opinor nisi necessaria sit mutatio, nihil mutandum esse censebit, atque ineptum esse, quod sit altero lenius et quasi tenuius, negabit. Tertia sententia est: Τὸ δὲ ὅλον εἰ τοῖς μὲν ἐχθροῖς, ὅταν πρὸς τοὺς βωμοὺς καταφύγωσι βοηθοῦμεν, τοῖς δὲ πολεμίοις διὰ τῶν ὅρκων πίστεις δίδομεν μηδὲν ἀδικήσειν, ποίαν χρὴ πρὸς αὐτοὺς ποιεῖσθαι τοὺς θεοὺς σπουδὴν, οἳ οὐ μόνον τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τῷ ζῆν εὖ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον, εἰ δὲ καὶ ταῖς τελεταῖς δεῖ ἀγωγὴν μετ' εὐφημίας ἡδείας εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσι; cuius verbis postremis εἰ δὲ καὶ ταῖς τελεταῖς δεῖ ἀγωγὴν Dindorfius hanc subiecit annotationem: „Corruptam hanc codicis scripturam ita mutavit „Maius, οἳ δὲ καὶ ταῖς τελεταῖς διαγωγὴν, quod „non potuit scribere Diodorus.“ Cui annotationi in addendis et corrigendis haec adiecit: „Sarseris

„locum si pro δὲ καὶ verbum quodpiam ponas. „Porro εὐφημίας ἡδείας vide ne εὐθυμίας ἡδεῖαν „scribendum sit.“ Hic igitur, si recte eius verba intellexi, ita fere scribendum esse putat: οἱ οὐ μόνον τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τῷ ζῆν εὖ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον, εἰ πιστεύειν (vel aliquid similius litteris δε και) ταῖς τελεταῖς δεῖ, ἀγωγὴν μετ' εὐθυμίας ἡδεῖαν εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσι; — Duebnerus paullo aliter emendandum esse locum censet, neque tamen ita magna sententiae diversitate, quamquam aliquantum differt; sic enim scribit: ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον, εἰ καὶ ταῖς τελειαῖς ψυχαγωγούμεθα, εὐφημίαν ἡδεῖαν (vel εὐφημίας ἡδείας) εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσι, quae ipse ita interpretatur nostro sermone: „Sie thun uns nicht bloss im „Leben wohl, sondern verschaffen uns selbst „nach dem Tode, wenn wir auch durch die „Mysterien, die die Unsterblichkeit der Seele „lehren, nur angenehm getäuscht werden, die „Freude des Nachruhms durch alle Zeiten.“ — Ego laudo criticum Halensem, quem raro adhuc laudandum esse vidimus, quod τελετὰς hoc loco improbat; neque enim dispicere possumus, quid sibi velint αἱ τελεταί sive in Numae oratione, sive in Diodori ipsius; ut autem nulla huius hominis laudatio esse potest sine vituperatione, ita hoc quoque loco reticere non possum, eum de Dindorfii opere iudicasse, non solum non pellecto libro, sed ne inspectis quidem eis, quae addenda et corrigenda esse duxerat Dindorfius, quaeque ne quem nimium festinantem lectorem

fugerent, ita posita sunt, ut, si quis primam libri paginam inspiciat, eum illa quoque conspicere necesse sit. Opinatur præterea scribendum esse *εἴ γε κἂν ταῖς τελευταῖς δὴ ἀγωγὴν μετ' εὐφημίας ἡδείας κ. τ. λ.*, quod multo infelicius excogitatum esse, quam vel Dindorfii vel Duebneri coniecturas ipsi spero me probaturum. Nam quod Dindorfium Duebnerumque minime fugisse videtur, turpissima est structura verborum, si particulis *οὐ μόνον* et *ἀλλὰ καὶ* ita reliqua sententia adiungitur, ut priori particulae *οὐ μόνον* tota illa sententia *τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τῷ ζῆν εὖ ποιοῦσιν* postponatur, quum alteram *ἀλλὰ καὶ* nihil sequatur nisi verba *μετὰ τὸν θάνατον*, quibus respondent e prioribus verba *ἐν τῷ ζῆν*. Hoc autem si Diodorus dicere voluit, scribendum ei fuit, *οἱ τοὺς εὐσεβεῖς οὐ μόνον ἐν τῷ ζῆν ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον εὖ ποιοῦσιν*. — Displicent igitur omnes, quas adhuc legi, aliorum coniecturae; ipse conieceram *οἳ οὐ μόνον τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τῷ ζῆν εὖ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον ἡδεῖαν τοῖς τελευτήσασιν ἀγωγὴν* (vel potius *τελευτήσασι διαγωγὴν*, nam *ἀγωγὴ* omnino non placet) *μετ' εὐφημίας ἡδείας εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσι*; haud enim dissimilia inter se sunt, si tum litterarum formas, tum sonum linguae spectamus, *ἡδεῖαν* et *εἰ δὲ καὶ*, *τοῖς* et *ταῖς*, *τελευτήσ* et *τελευταῖς*, *ασι* et *δεῖ*; primam syllabam vocabuli *διαγωγὴν* absumere potuit praecedens *δεῖ* pro *ασι* scriptum; sententia ipsa non inepta videtur, praecipue si compares verba initio huius capitis posita haecce: *Ὅτι κατὰ*

τὴν ἀξίαν οὐδὲ θελήσαντες δυνάμεθα τιμῆσαι τὸ δαιμόνιον· ὥστε εἰ μὴ κατὰ δύναμιν βουληθείημεν εὐχαριστεῖν, τίνας ἂν ἐλπίδας τοῦ μέλλοντος βίου λαμβάνοιμεν, εἰς τούτους ἐξαμαρτάνοντες, οὓς ἀδικοῦντας οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν οὔτε λαθεῖν οὔτε διαφυγεῖν;, recteque ac convenienter singulis membris est structa; sed si eadem libere mihi componenda fuisset, scripsissem τετελευτηκόσι vel τεθνηκόσι (τεθνεῶσι) vel nil nisi αὐτοῖς, ac fortasse etiam repetitum nomen ἤδεῖα evitassem, quamquam in repetitione ipsa nihil est, quod quemquam possit offendere; quare et ipsa mihi non placet, et ego si quis æque vel magis aptam sententiam proferet, minore mutatione paratam, lubentissime eam amplectar. — Huic capiti dubitari potest utra proxima fuerit apud Diodorum particula, ea, in qua Deiocis virtutes laudantur, an ea, quae de oraculo Myscello Crotonis conditori edito loquitur. Nam Deiocis initia Eusebius posuit in Olymp. XVIII. 2, Crotonis originem in Olymp. XVIII. 1. Dionysius Halicarnassensis Arch. Rom. lib. II. cap. 59 hanc vel anno tertio Olymp. XVII tribuit. Ego, quum mihi sit persuasum Eusebium in urbium conditarum primis annis definiendis plerumque consentire cum Diodoro, nisi potius dicendus est eo uti auctore, Deiocem priorem esse puto, quod in Excerptis de virtt. et vitt., ubi scripta sunt verba de Deioce, his posteriora sunt quædam de Sybaritarum luxuria. Regum autem tabulas ipse confecit et adornavit Eusebius, unde fit, ut hae sæpe non consentiant cum aliorum scriptorum computationibus. Quare

male fecerunt Bipontini, quod hanc particulam cum anno primo Deiocis regis Eusebium Hieronymi secuti anno primo Olymp. XVIII adscripserunt, non consulto Diodoro, qui disertis verbis indicavit se Deiocis regis initia Olymp. XVII. 2 narravisse; ita enim lib. II. cap. 32 scripsit: Ἡρόδοτός μὲν οὖν — φησὶν — αἱρεθῆναι βασιλέα παρὰ τοῖς Μήδοις ἄνδρα δικαιοσύνῃ διάφορον ὄνομα Κυαξάρην (est error fortasse ipsius Diodori, Cyaxares enim scriptus pro Deioce) — περὶ ὧν νῦν ἡμεῖς τὰ κεφάλαια προειρηκότες τὰ κατὰ μέρος ὕστερον ἀκριβῶς ἀναγράψομεν, ἐπειδὰν ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους ἐπιβάλωμεν, κατὰ γὰρ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑπτακαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος ᾑρέθη βασιλεὺς ὑπὸ Μήδων Κυαξάρης καθ' Ἡρόδοτον. Incipiunt igitur οἱ οἰκεῖοι χρόνοι ab Olymp. XVII. 2, atque hoc primum anno τὰ κατὰ μέρος ἀκριβῶς ἀναγέγραπται. Rectene an minus computaverit Diodorus (nam Herodotus ipse annum non scripsit) curandum non est; posuit eum annum, sub quo Deiocis initia relaturus erat; neque nos quidquam quærimus, nisi eum ipsum annum quis Diodoro fuerit, non quis Herodoto vel alii cuiquam scriptori. Quare iam reiecto Eusebii anno hanc de Deioce particulam Olymp. XVII. 2 adscribemus. Quod Eusebius apud Hieronymum et Syncellum in altera parte operis chronici anno primo Deiocis regis adiecerat, Δηϊόκης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἔκτισεν Ἐκβάτανα τὴν πόλιν μεγάλην καὶ περιβόητον, tantum non ipsis verbis e Diodoro exscripsisse videtur, quem et ipsum Ecbatanorum origines anno primo Deiocis tribuisse puto.

Sequitur caput de Crotonis originibus, quod quum complures habeat difficultates, totum e reliquiis Vaticanis appono: est autem huiusmodi:

Ὅτι Μύσκελλός τις Ἀχαιὸς ὢν τὸ γένος ἐκ Κρήτης κατήντησεν εἰς Δελφοὺς, καὶ τὸν θεὸν ἐπηρώτησε περὶ τέκνων γενέσεως· ἡ δὲ Πυθία ἀνεῖλεν οὕτως·

Μύσκελλε βραχύνωτε, φιλεῖ σ' ἑκάεργος Ἀπόλλων
καὶ γενεὰν δώσει· τὸ δὲ πρότερόν σε κελεύει
οἰκῆσαι δὲ Κρότωνα μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις.

τοῦ δὲ Κρότωνα ἀγνοοῦντος εἰπεῖν πάλιν τὴν Πυθίαν·

αὐτός σοι φράζει ἑκατηβόλος· ἀλλὰ συνίει.
οὗτος μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκὶς,
ἥδε δὲ Κουρήτων ἡ ἱερὰ χθὼν,
αἵδε δ' Ἐχινάδες εἰσί· πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόντος.
οὕτω δ' οὐκ ἄν φημι Λακινίου ἄκρου ἁμαρτεῖν
οὐδ' ἱερᾶς Κρεμίσης οὐδ' Αἰσάρου ποταμοῖο.

Ὅτι τοῦ χρησμοῦ προστάσσοντος Κρότωνα κτίζειν ὁ Μύσκελλος τὴν περὶ τὴν Σύβαριν χώραν θαυμάσας ἐβούλετο κτίσαι, καὶ ἐξέπεσε χρησμὸς αὐτῷ οὗτος·

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ θεὸν ἄλλα ματεύων
κλαύματα μαστεύεις· δῶρον δ' ὃ διδῷ θεὸς αἴνει.

Crotonem conditam esse dixerat Diodorus Olymp. XVIII. 1, ut equidem puto; nam huic anno Crotonis ortum adscripsit Eusebius. Dionysium Halicarnassensem non sequor in hac re, neque enim nunc quæritur, quo anno condita sit Croton, sed quo anno eam conditam esse Diodorus scripserit. Recte igitur Maius in tabula chronologica posuit annum U. cond. 46. Plura

et quae sunt maxime memorabilia de hac colonia disputavit et collegit Heynius in opuscull. academm. P. II. p. 178. sq. — Quod autem ad scripturam versuum oraculi attinet, ea depravatissima est; nam Maius e codice scripsit: Μύσκελλε καλὰν, ὥς τε φιλεῖς, ἑκάεργος Ἀπόλλων ‖ καὶ γενεὰν δώσει· τὸ δὲ πρότερόν σε κελεύει ‖ Οἰκίσαι δὲ Κρότωνα κ. τ. λ. — Geelius scribendum putabat κάλάν τε φιλεῖς; καλὰν enim neque pyrrhichium neque iambum esse posse intellexit, opinor; et recte id quidem ille, sed oraculi verba certe non restituit. Dindorfii operis existimator Halensis ex καλὰν ὥς τε facere voluit καλόνωτε; satis infeliciter; nam quum multa non solum huius libri oracula, sed etiam quae Eusebius aliique retulerunt, eum docere potuissent καλὸν esse trochæum, tamen pyrrhichium fecit. præterea, si metrum constaret, non nimis antique in oraculo eum, quem ὑπόκυφον fuisse, ideoque ab Apolline βραχύνωτον appellatum Strabo narrat (lib. VI. cap. 1 §. 12 p. 262), καλόνωτον dici ipse videbit. Dindorfius scripsit βραχύνωτε, quod si ρ̄ exceperis, a nostrae scripturae formis non valde differt; quod autem ρ̄ exciderat ὁτῳδήποτε τρόπῳ, inde factum esse videtur, ut aut Maius non recte legerit, aut is, qui codicem scripsit, vocabulum vitiose descripserit: deinde quin Dindorfius versum antiquum restituerit scribendo φιλεῖ σ᾽ ἑκάεργος Ἀπόλλων nemo dubitabit. — Versum alterum criticus Halensis ita corrigere voluit: καὶ γενεὰν δώσει· τὸ δὲ δὴ πρότερόν σε κελεύει, addit autem: „tertio versu οἰκίσαι, quod Maius scri-

pserat, revocandum, δὲ, quod sequitur, corruptum videtur.“ Dindorfio non in mentem venisse vocabulo δὴ interiecto metrum fulciri posse nemo credet; sed quum videret vocabulum δὲ in versu tertio ferri non posse, neque aliud reperire posset, quod in eius locum restitueret, nisi pronomen σέ, quod praecedit verbum κελεύει versus secundi, nihil mutare maluit in versu secundo, quam inconsiderate mutando omnem versus tertii emendandi facultatem tollere. Quod autem in annotatione critica scripsit „καὶ γενεὰν δώσει· τὸ δὲ πρότερόν „σε κελεύει Οἰκῆσαι δὲ κ. τ. λ. an καὶ γενεὰν δώσει „παίδων· πρότερόν δὲ κελεύει· Οἰκῆσαί σε Κρότωνα „μέγαν καλαῖς ἐν ἀρούραις?“, id eum propterea in annotatione non in scriptoris verbis posuisse puto, quod ipse non crederet ita in oraculo apud Diodorum scriptum fuisse; nam quamquam nescio quomodo corrigendi sint illi versus, id tamen scio, tum, si quid tale scribendum sit, quale scripsit Dindorfius, καλὴν huic loco magis convenire, quam παίδων, etiamsi sequitur καλαῖς ἐν ἀρούραις, ita enim Virgilius: „pulchra faciat te „prole parentem,“ sed possis etiam alia, quum γενεὰν παίδων prolem liberorum frustra opinor quæsiturus sis, tum hoc non esse corrigere vel emendare versus corruptos, sed immutare aliena suis interpositis. Maxime vero dolendum est, Iamblichum,[1]) sive eum, quem ille exscripsisse

1.) In eadem Iamblichi vita Pythagorica p. 197 hæc sunt verba posita: Σπίνθαρος γοῦν διηγεῖτο πολλάκις περὶ Ἀρχύτου Ταραντίνου, ὅτι διὰ χρόνου

dicitur, Dicæarchum, quum (vit. Pyth. p. 52) scriberet ἐν τῷ κατοικισθῆναι τὴν πόλιν τῶν Κροτωνιατῶν ἐπαγγείλασθαι τὸν Ἀπόλλω τῷ ἡγεμόνι τοῦ οἰκισμοῦ δώσειν γενεὰν, ἐὰν ἀγάγῃ τὴν εἰς Ἰταλίαν ἀποικίαν, oraculi verba accuratius referre noluisse. Quamvis autem pauca retulerit oraculi, sufficere hæe quoque videbuntur Dindorfio viro doctissimo ad eam, quam adscripsit, emendationem nunc prorsus reiiciendam. In altero versu οἰκίσαι ne an οἰκῆσαι scribendum sit, difficile est diiudicare. Dindorfius scripsit οἰκῆσαι. Cur scripserit nescio; sed mihi quoque magis placet quam οἰκίσαι: neque enim nego Κρότωνα dici posse μέγαν in tali oraculo, nisi si iam conditus iamque μέγας sit; attamen non nimis apte atque convenienter μέγαν poni, si scribatur

---

τινὸς εἰς ἀγρὸν ἀφικόμενος, ἐκ στρατείας νεωστὶ παραγεγονὼς, ἣν ἐστρατεύσατο ἡ πόλις εἰς Μεσσηνίους, ὡς εἶδε τόν τε ἐπίτροπον καὶ τοὺς ἄλλους οἰκέτας οὐκ εὖ τῶν περὶ τὴν γεωργίαν ἐπιμελείας πεποιημένους, ἀλλὰ μεγάλῃ τινὶ κεχρημένους ὀλιγωρίας ὑπερβολῇ ὀργισθείς τε καὶ ἀγανακτήσας οὕτως ὡς ἂν ἐκεῖνος, εἶπεν, ὡς ἔοικε, πρὸς τοὺς οἰκέτας ὅτι εὐτυχοῦσιν ὅτι αὐτοῖς ὤργισται, εἰ γὰρ μὴ τοῦτο συμβεβηκὼς ἦν, οὐκ ἄν ποτε αὐτοὺς ἀθώους γενέσθαι, τηλικαῦτα ἡμαρτηκότας, ubi quum Cizensis codex præbeat αὐτοὺς, ego malim scriptum ὅτι αὐτὸς ὤργισται „peropportune illud eis cecidisse, quod *ipse* iratus esset, neque enim, nisi hoc accidisset, impune eos laturos fuisse etc.

οἰκίσαι, quisque opinor fatebitur, et ego hac compositione ita offendor, ut nescio quomodo non possim, quin eam semper reiiciam. Multo autem magis convenit hoc epitheton, si scribas οἰκῆσαι, quod præterea Strabo tuetur, qui iam habitatam fuisse Crotonem ab Iapygibus tradit, et Diodorus ipse commendat, quum continuo dicit τοῦ δὲ Κρότωνα ἀγνοοῦντος, ut appareat iam fuisse Crotonem, antequam Myscellus, qui nesciebat, ubi esset, coloniam eo deduxerit.

Ad secundum oraculum explicandum Maius hæc adscripsit: „Taphius insula vulgo adscribitur „Echinadibus. Chalcidem intellige ætolicam, „Caretas vero Acarnaniae; de quibus locis con„sule geographos. Est enim hoc rectum fere „iter venientibus ex oraculo delphico in Italiam. „Iam quod versus heic deficit, nemo magnopere „miretur. Iamdiu enim docuit Plutarchus de „Pythiae oraculis ed. Reisk. T. VII. p. 558. seqq. „viles fuisse oraculorum versiculos et sæpe absque „iusto metro interdumque mutilos et pravis vocabu„lis interstinctos et omnino Apolline indignos," et ad versum quintum et sextum seorsim: „fines „describuntur, intra quos Croto sita fuit." — Dindorfius in addendis et corrigendis posuit: „Τάφιος, v. Tzschuck. ad Strab. IV. 109." — Ego primo, quum Strabo Tzschuckianus ad manus non esset, Dindorfium eo loco apposito Maii negligentiam tacite leviterque perstringere voluisse arbitrabar; nunc adiutus liberalitate Friedemanni viri eruditissimi, quum librum inspexerim, locum illum a Dindorfio appositum esse

animadverto, quo magis Maii error confirmaretur. Tzschuckius enim ibi demonstrat insulam illam apud Strabonem non esse scribendam Taphiusam, nec Taphiadem, sed Taphiuntem, atque insuper nominat Taphias insulas montemque, qui a Plinio lib. XXXVI. cap. 21. s. 39 vocatur Taphius, quem ait commode posse referri ad insulam Taphum, nam ita quoque insula illa appellatur. — At quale tandem illud iter? Rectum fere esse venientibus ex oraculo Delphico in Italiam dicit Maius; verum non id est eiusmodi, quod ipse describit in annotatione. Sane enim Delphis Chalcidem, Chalcide in Curetas, inde ad insulas Echinades et per mare Crotonem, quae sita est inter promontoria Lacinium et Crimisam ad fluvium Aesarum recto itinere perveniri potest, sed Taphius insula non est inter Delphos et Chalcidem, ubi in hoc oraculo positus est Taphius, quoniam primo loco nominatur; sed est ad Leucadem promontorium, quo si Myscellus prius missus esset Delphis, quam Chalcidem, profecto non in sapientissimis eum numerasse Pythia videretur. Præterea miror Maium non offensum esse pronomine οὗτος, quum perfacile fuerit poetae scribere αὕτη μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, neque, si unam tantum aliquam maiorem Grammaticam Græcam evolvisset Maius, eum fugere potuisset, ad hoc tempus præter τὸν Ζάκυνθον (Hom. Od. I. 246.) non esse alterum a Grammaticis inventum nomen insulae masculini generis, quod quidem terminetur syllaba ος – ου, ac ne illam ipsam quidem aliis scriptoribus non esse

generis feminini. [2]) Dindorfius vir linguae Græcae peritissimus mihi quidem non aliam ob causam lectores verborum Tzschuckii admonuisse videtur, quam quod et ipse hanc difficultatem sentiret, et aliis indicare vellet esse montem Taphium in insula Tapho; quem si quis hoc loco intelligeret, bene se habiturum genus masculinum. Sed ne sic quidem iter rectum fit. Quem igitur dicemus esse Taphium? Est mons Aetoliae, non insulae prope Leucadem, neque insula ipsa. Montem illum, quem plerique et Strabo lib. IX. cap. 4 §. 8 p. 427 et lib. X cap. 2 §. 4 p. 451 et §. 22 p. 459 seq. *Ταφιασσόν* vocant, Casaubonus in annotatione ad locum primum Strabonis narrat a Myrsilo Lesbio in verbis quibusdam, quae Antigonus Carystius servarit, *Τάφιον* appellatum esse, et Salmasius in annotationibus ad Solin. cap. 37 longam illam disputationem de ætite lapide et de loco Plinii lib. XXXVI. cap. 21 sect. 39, qui est: „quarti generis Taphiusius appellatur „nascens iuxta Leucadem, ubi est mons *Taphius*, „qui locatus est dextra navigantibus ad Leuca„dem," quibus in verbis Taphiusam montem scribere vult pro Taphio, his verbis conclusit: „Taphiassus mons prope Naupactum; sed de eo

2.) Nunc video Grashofium virum doctissimum in actis scholasticis, quas dicimus Schulzeitung, an. 1831 p. 532 seq. ne illis quidem locis masculini generis esse *Ζάκυνθον* concedere, ubi ita pronuntiata videatur, adiectivum enim nomen, unde concludatur, esse *ὑλήεις*, cuius terminationem *εις* non masculini tantum, sed communis generis esse habendam. —

„heic accipi non potest, nimis enim longe est, „quam ut iuxta Leucadiam dici queat. Potuit „tamen fieri, ut nominum similitudine deceptus „Taphiusam montem appellarit, quae est insula, „dum montem Taphiassum cogitat. *Ταφιασσός* „Straboni.“ Hæc extrema confidentius scripsisset Salmasius, nisi ignorasset montem illum etiam *Τάφιον* appellari, nec profecto ei in mentem venisset apud Plinium Taphium cum Taphiusa esse commutandum, qua minime opus est mutatione. Harduinus verbis illis Plinii, quae sunt „ubi „est mons Taphius“ plane adscripsit „Taphiassus „mons, de quo diximus in Geographicis lib. IV. „sect 3.“ Revera autem ii, qui recta via Delphis ad Echinades insulas, quae, quum antea ad ostia Acheloi iacuerint, nunc terrae pars sunt, proficiscuntur, inter Aetoliae montes primum attingunt *Taphiassum*, tum *Chalcida*, nam Chalcis quoque mons est: Strabo: *ὑπὲρ δὲ τῆς Μολυκρείας Ταφιασσὸν καὶ Χαλκίδα ὄρη ἱκανῶς ὑψηλά* et *μετὰ δὲ τὸν Εὔηνον τὸ ὄρος ἡ Χαλκὶς, ἣν Χάλκειαν εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος.* Urbs nulla in hoc oraculo nominatur; nam etiam Crimisa non est urbs, sed Strabonis *ἄκρα Κρίμισα* sicut *Λακίνιον ἄκρον. Ἡ Χαλκὶς τὸ ὄρος* attingit Pleuroniam; antequam enim trans Chalcidem ad mare venitur, agri sunt fertilissimi. Dividitur autem regio illa ita, ut Pleuroni agri, Calydoni montes tribuantur, cuius rei testis est Strabo, qui *Ὅταν δὲ* inquit *φῇ* (intell. Homerum) *τὴν Καλυδῶνα αἰπεῖάν τε καὶ πετρήεσσαν ἀπὸ τῆς χώρας δεκτέον. Εἴρηται γὰρ, ὅτι τὴν χώραν δίχα διελόντες, τὴν μὲν ὀρεινὴν*

καὶ ἐπίκτητον τῇ Καλυδῶνι προσένειμαν, τὴν πεδιάδα δὲ τῇ Πλευρῶνι. Idem autem Strabo dixit: *Κούριον δὲ τῆς παλαιᾶς Πλευρῶνος πλησίον, ἀφ᾽ οὗ τοὺς Πλευρωνίους Κουρῆτας ὀνομασθῆναί τινες ὑπέλαβον*, et *ῥεῖ δ᾽ οὐ* (sc. ὁ *Εὔηνος*) *διὰ τῆς Κουρητικῆς κατ᾽ ἀρχὰς, ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Πλευρωνίᾳ· ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς ἕω μᾶλλον παρὰ τὴν Χαλκίδα καὶ Καλυδῶνα· εἶτα ἀνακάμψας ἐπὶ τὰ τῆς Πλευρῶνος πεδία τῆς παλαιᾶς καὶ παραλλάξας εἰς δύσιν, ἐπιστρέφει πρὸς τὰς ἐκβολὰς καὶ τὴν μεσημβρίαν* et plura de hac re in cap. 3 lib. X ubi §. 1 — 6 de Curetibus eorumque sedibus in Græcia media loquitur, unde intelligimus hos nostri oraculi Curetes non esse Acarnaniae, qui longius absunt, sed Aetoliae Pleuronios, qui agros inter montem Chalcidem et Cyniam lacum obtinebant. —

His explicatis verba oraculi videamus. *ἀλλὰ συνίει* primi versus debemus Dindorfii ingenio, nam in exemplari Romano scriptum est *ἀλλὰ σύ γ᾽ οἴει.* Criticus Halensis scribendum fortasse *ἀλλὰ σύ γ᾽ αἴνει* arbitratur; quod quomodo post verissimam Dindorfii emendationem ei in mentem venire potuerit, non intelligerem, nisi in oraculo sequenti viderem *δῶρον δ᾽ ὃ διδῷ θεὸς αἴνει.* Ad versum tertium Dindorfius dixit in annotatione „versus sesquipede defectus." Quid Maius scripserit supra dixi. Criticus Halensis „si reapse" inquit „non fuit hexameter versus tertius, ἢ expungendum videtur." Hexametrum fuisse perspicuum est, ἢ igitur eiici non debet; nihil est enim medium inter Curetes et Echinades insulas

nisi pars eius maris, quod continuo nominatur verbis *πολὺς δ' ἐπ' ἀριστερὰ πόντος*, quare quae exciderunt, non post *χθόνα*, sed post *Κουρήτων* exciderunt: quid autem poeta dixerit, divinare non possumus, quid nos scribere possimus dicam: *ἥδε δὲ Κουρήτων αἰχμητῶν* (vel *θεοτίμων*, *μεγαθύμων* vel simile quid) *ἡ ἱερὰ χθών*. Si tamen *ἡ* displicet, quod etiamsi grammaticae rationes patiuntur, sensus et reliqua verborum compositio respuit, scribi potest *ἥδε δὲ Κουρήτων αἰχμητάων* (vel *πολεμιστάων*, *θεοτιμήτων*, *Κρονιῶνι φίλων* κ. τ.) *ἱερὰ χθών*. *ν* in fine vocabuli positum sæpissime cum articulo *ἡ* confusum esse a librariis nemo est qui ignoret. *Οὕτω δ' οὐκ* versus quinti scripsit Dindorfius: in Maii libro est *οὕτως δ' οὐκ*; sed addit Dindorfius in annotatione: „verum videtur *οὕτω σ' οὐκ*," quod cum Critico Halensi comprobo, sicuti etiam in sequenti versu *Κριμίσης* scribendum esse pro *Κρέμισης*.

Quomodo tertium oraculum apud Strabonem scriptum sit, Maius in annotatione narravit; multa præterea de his versibus disseruit Paul. Leopardus in Emendat. lib. II. cap. 4, unde, quum libri non sint ad manum, Zenobii et Suidae scriptionem describo. Profert enim e Zenobii proverbiis hosce versus:

Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ θεὸν ἄλλα μαντεύων
οὐκ ἄλλα θηρεύσειν· δῶρον τὸ δὴ δότης ἐπαινεῖ.

apud Suidam ait esse *δῶρον ὃ διδοῖ τις ἐπαίνει*. *ὃ διδοῖ* se malle scripsit etiam Dindorfius. Erasmus in Adagiis e Zenobiana scriptura facit *παρὲκ θεὸν, ἄλλα ματεύων* ‖ *Οὔδαλα θηρεύεις·*

δῶρον δ' ὃ διδῷ τις ἐπαίνει. Leopardus voluit *παρὲκ τεοῦ* et *οὐ καλά*; illud satis inepte, hoc aptius, nisi *καλὰ* esset trochæus. Latinus interpres Strabonis, quem Guarinum Veronensem esse putant, his illa versibus reddidit:

Terga brevis Myscelle, tuo de pectore mitte:
Cetera perquirens frustra, en venaris iniqua:
At rectum quodcunque datur, tu laude probato.

ita enim hos versus scriptos et distinctos esse video in exemplari Amstelodamensi an. MDCLII, non „tuo de pectore omitte, ‖ Cetera perquirens, „frustra en venaris iniqua etc.," ut scripti sunt in Erasmi adagiis et Leopardi emendationibus, nam illa distinctio est etiam in vetere exemplari ann. MCCCCLXXX edito, nec si ibidem *omitte* scribitur, ideo scribendum est, sed si revera hoc vocabulum ab interprete profectum, certe noluit scribere, manusque peccavit. — Expressit autem verbis „tuo de pectore mitte" ea, quae antehac apud Strabonem scribebantur, *πάρες σέθεν.* Hanc scripturam vitiosam esse puto, et veram primi versus eam tantummodo, quam Diodori reliquiae suppeditant. Quod autem ad versum alterum attinet, *κλαύματα*, quae nunc confirmat Diodorus, iam scripserat Coraes vir doctissimus, utrum coniectura an codice aliquo manuscripto ductus ego diiudicare non possum: sunt *miseranda*, *lugenda*, *mala* igitur et *iniqua* atque *adversa.* Ex hoc vocabulo negligentia vel legentis vel scribentis factum est *κλάσματα*, quod in plurimis Strabonis codicibus inveniri videtur. *κλαύματα* interpretatus erat aliquis adscribens *οὐκ ἀγαθά*;

hoc in oraculi verba receptum exstat in uno Strabonis codice, ubi scriptum est οὐκ ἀγαθὰ κλάσματα duplici vitio. Alios οὐ καλὰ puto adscripsisse explicandi caussa, hoc in versum receptum tum scriptioni οὐκ ἄλλα, quae est apud Zenobium, tum scripturae οὔδαλα, quam in codicibus quibusdam Strabonis invenerunt, originem dedisse videtur. Interpretem Latinum, quum scripserit „en venaris iniqua," οὐκ ἀγαθὰ vel οὐ καλὰ latine reddidisse puto, nam κλαύματα eum vidisse ideo dubito, quod cetera fere omnia horum versuum depravata eum ante oculos habuisse video. Quod idem dicit „*venaris*", est θηρεύεις, non μαστεύεις. Ego tamen μαστεύεις potius huius loci esse existimo, quod sæpius usu venit, ut aliquis verbum usitatius pro minus usitato falso reponat, quam contrarium. Præterea in oraculo positum fuisse arbitror δῶρον δ' ὅ διδοῖ θεὸς αἴνει; neque vero altera propterea reprehendenda erit scriptura, nam in proverbio dictum fuisse videtur δῶρον δ' ὅ διδῷ τις ἐπαίνει, quam scriptionem confirmat Zenobii τὸ δὴ δότης, quod Erasmo non fuit scribendum ὅτι δῷ τις. Sane autem fieri potuit, ut proverbii scripturam multi errore in oraculum intulerint, quum ea ipsa sumpta ex oraculo tantum proverbii caussa ita aliquando esset immutata. Quod autem Dindorfius διδοῖ in oraculo vult pro διδῷ, consentiente Suidæ libro, ego non assentior, sed præfero coniunctivum. — Plura de his versibus disseret fortasse ac doctiora Friedemannus vir eruditissimus, qui liberalissime mihi copiam fecit librorum

rarissimorum, quibus editori Strabonis opus est, inspiciendorum. —

Proxima tribus illis oraculis Myscello editis, ea fuisse videntur, quae in Excerptt. de virtt. et vitt. Wessel. T. II. p. 549 v. 82 sqq. de Sybaritarum luxu, effeminataque mollitie dicta sunt, ὅτι οἱ Συβαρῖται γαστρίδουλοι — κατὰ τὸ ζῆν πολυτελείᾳ. His dictis Diodorum non multis interpositis ea retulisse puto, quae sunt in reliquiis Vaticanis (apud Mai. p. 9.) exempla duo luxuriae et mollitiei Sybaritanae. Verbis μάλιστα δὲ παρ᾽ αὐτοῖς περιουσιάσαι λέγεται τρυφῇ τὸν ὀνομαζόμενον Μινδυρίδην, quae sunt postrema eorum, quae dixi, adiungas ex Excerptt. de virtt. et vitt. T. II. p. 550 v. 88 sqq. Wessel. narrationem illam de Smindyride vel Mindyride Sybarita, quam haud magno intervallo apud Diodorum secuta fuisse videtur particula illa, quae est in reliquiis Vaticanis Maii p. 10, Ὅτι Μιλησίων τρυφώντων — τὴν τῶν Μιλησίων. Primae harum sententiarum editores Bipontini adscripserunt hæcce: „Fuit condita“ (Sybaris) „Olymp. XV. „1, ante Ch. n. 720. at Eusebius Ol. XVII. 4, „a. Ch. 709; alii aliter; ad quas origines narrata „hæc videntur, cum sequentibus.“ Valesius ad nomen Mindyridis in Excerptt. de virtt. et vitt. hanc scripsit annotationem: „hoc exemplum „Sybaritici luxus hic affertur a Diodoro per „occasionem; neque enim existimandum est „Smindyridis ac Clisthenis Sicyonii ætatem his „temporibus convenire. Nam Clisthenes Solonis „ætate vixit, ut ex Herodoto constat aliisque.“

Bipontini subiecerunt ibidem „Spectant res ad „seriora tempora; Clisthenes tyrannus Sicyonius „vixit circa Ol. XLI. 3, a. Ch. n. 582, quo „Pythiade I. (al. II.) victor fuit.“ Bene animadverterunt. Nam ex eis, quae supra dixi, elucet Sybaris ortum hoc loco eodem anno, quo Crotonis origines, traditum esse a Diodoro. Eusebius enim Olymp. XVIII anno primo adscripsit: *Κρότων καὶ Πάριον καὶ Σύβαρις ἐκτίσθησαν*; neque incredibile est Diodorum ante hæc capita Parii origines narrasse. Congruit autem accuratissime Eusebii ordo nominum urbium conditarum cum Diodori narratione, quare aliorum sententiis in hac re locum dare nullo modo possumus. Ac si quis Scymni Chii annos 210 (cf. Scymn. v. 358 seq.) ab anno eversionis, quem dicunt Olymp. 67. 3 (cf. Diod. lib. XI. cap. 90 et lib. XII. cap. 9 seq.), deducens, Sybaris primordia anno primo Olymp. XV adscriberet, vel cum Strabone Sybarim ante Crotonem conditam esse diceret, reiicienda esset eius sententia, quod non ut apud Strabonem ita etiam apud Diodorum in verbis, quae tertium oraculum de Crotone condenda praecedunt, scriptum est: *ὁ Μύσκελλος τὴν περὶ τὴν Σύβαριν χώραν ἐκτισμένην ἤδη θαυμάσας*, sed tantum *ὁ Μύσκελλος τὴν περὶ τὴν Σύβαριν χώραν θαυμάσας*; et quod non necesse est Diodorum cum Scymno Chio consentire, Eusebium autem urbium conditarum notationes, quas in Chronico altero posuit, maximam partem e Diodori Bibliotheca sumpsisse apparet; et quod eversionis annus nondum satis est definitus,

quum e Diodoro ipso demonstrari posse videatur, eum Sybaritarum cladem urbisque exitium non Olymp. LXVII. 3 narravisse. — Quod Valesius iam pridem docuerat in annotatione ad primam harum sententiarum, Diodorum usum esse auctore Timaeo, idque perspicuum esse ex Athenaei lib. XII, id nunc confirmant novae reliquiae; nam eadem, quae apud Maium cap. XI. p. 9 legimus, ab Athenæo e Timæo referuntur lib. XII. p. 518. Est autem in Maii libro prior narratio hæcce: Ὅτι φασίν τινα τῶν ἐμπόρων Συβαριτῶν ἀκούσαντα παρά τινος ὅτι θεασάμενος τοὺς ἐργάτας εἰληφὼς εἴη τὰ πράγματα παρακαλέσαι τὸν εἰπόντα μὴ θαυμάσαι· καὶ γὰρ ἀκούσαντα τὸ γεγονὸς πεπονηκέναι τὴν πλευράν. Dindorfius scripsit φασί τινα τῶν Συβαριτῶν ἐμπόρων; rectius, ut puto, Geelius τῶν εὐπόρων Συβαριτῶν. τά, quod antecedit vocabulum πράγματα, delet Dindorfius, sed πράγματα quoque, quae non attingit, immutanda esse opinor; nam quod etiam Geelium, quum Athenæum citavit, indicasse puto, ῥῆγμα vel ῥήγματα scribendum videtur. Neque vero Casaubono assentior, qui in annot. ad Athenæum „homo delica„tulus“ inquit „cum videret, qui agrum foderent, „ita offensus est aspectu laborantium, ut sibi „ipse videretur fodi. id dixit auctor ῥῆγμα λαβεῖν: „sic enim maluit, quam ὄρυγμα. cedo autem „quid aliud est ῥῆγμα λαβεῖν nisi ὀρύττεσθαι? „non assentior eruditissimo medico, qui ῥῆγμα „hic ex arte sua aliter interpretatur, proxima „narratiuncula nostram expositionem satis firmat;“ neque enim narratiuncula proxima quidquam

demonstrat, et Dalechampius mihi quidem rectissime ῥῆγμα explicuisse videtur, praesertim quum sententiam suam Senecae loco prolato firmarit: est autem eius annotatio huiusmodi: „ῥῆγμα „λαβεῖν: quod prae mollitie sustinere non posset „aspectum eorum, qui fodiebant. ῥήγματα et „σπάσματα usitata medicis vocabula, fibrarum „carnis, venarum, arteriarum, nervorum diru„ptiones, effractiones, elisiones ob lapsum corpo„ris ex alto, incussa quae gravia sunt, vehe„mentes conatus saltandi, onera gestandi, feriendi „et alia huiusmodi. Fit sæpius hic morbus cum „ingenti dolore. Seneca c. 25 lib. 2 de Ira, „Dissolutus deliciis cuius latus alieno dolore," (scribitur apud Dalechampium *labore*) „condoluit. „Mindyridem aiunt fuisse ex Sybaritarum civi„tate, qui cum vidisset fodientem et altius rastrum „allevantem, lassum se fieri questus, vetuit illum „opus in conspectu suo facere etc." Ac si vera esset Casauboni sententia, sive Diodorus, sive is, qui sententias exscripsit e Diodori Bibliotheca aut negligentissime locum descripsisset, aut secus intellexisset narrationem, quum id, in quo omnis Casauboni sententiae vis vertitur, in his sententiis ne scriptum quidem sit; legimus enim ὅτι θεασάμενος τοὺς ἐργάτας εἰληφὼς εἴη ῥήγματα, non ὅτι θεασάμενος τοὺς ἐργάτας ὀρύττοντας sive σκάπτοντας. — Alteram narrationem non solum apud Athenæum, sed etiam apud Plutarchum in vita Pelopidae cap. 1 invenimus. Byzantinus autem huius epitomae scriptor Diodori verba hoc loco nimis invertisse videtur, nam ut nunc se habent,

alterum enuntiati membrum omni caret recta compositionis ratione; est enim in codice, ut ait Maius: ἕτερον δὲ λέγεται παραβαλόντα εἰς Σπάρτην εἰπεῖν ὅτι πρότερον μὲν θαυμάζοι τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἀνδρείαν, τότε δὲ θεασάμενον εὐτελοῖ καὶ μετὰ πολλῆς κακοπαθείας βιοῦντας εἶπεν ὅτι τῶν ἐσχάτων οὐδὲν διαφέρουσι, quae quum depravata esse videret editor Romanus post εὐτελοῖ καὶ inseruit ὁρῶν. Quid autem ita scribendo effecisse sibi visus sit ego nescio, oblitus enim sum eius interpretationem Latinam inspicere. neque opus erat, opinor. nam quid potius faciendum sit e verbis illis tum Dindorfius vidit, tum ego me vidisse arbitror. Pro εὐτελοῖ, quod nihili est, Dindorfius scripsit εὐτελῶς, εἶπεν convertit in εἰπεῖν: sed ne sic quidem sententiae partes satis inter se cohærent, quamquam Dindorfium scriptionem Byzantini restituisse puto. Si quis emendatam aliquam atque Græcam sententiam hoc loco constituere vellet, scribendum ei esset τότε δὲ θεασάμενος — εἴποι κ. τ. λ.; ita autem neque Byzantinum illum nec Diodorum ipsum scripsisse mihi quidem certissimum est. Depravationem enim eam, quam liber Vaticanus præbet, inde ortam esse existimo, quod apud Diodorum scriptum erat: ἕτερον δὲ λέγεται παραβαλόντα εἰς Σπάρτην εἰπεῖν πρότερον μὲν αὐτὸν θαυμάσαι τὴν τῶν Σπαρτιατῶν ἀνδρείαν, τότε δὲ θεασάμενον εὐτελῶς καὶ μετὰ πολλῆς κακοπαθείας βιοῦντας λέγειν ὅτι τῶν ἐσχάτων οὐδὲν διαφέρουσι, cuius sententiae mediae priorem partem solito sibi more Byzantinus coniunctione ὅτι praemissa reddidit,

sed eandem rationem in altera sententiae parte idem non servavit. — In verbis sequentibus, quae sunt in libro Dindorfii καὶ γὰρ ἐν Συβαρίταις τὸν ἀνδρειότατον μᾶλλον ἑλέσθαι ἂν τρὶς ἀποθανεῖν ἢ τοιοῦτον βίον ζῶντα καρτερεῖν pro ἀνδρειότατον scribendum esse ἀνανδρότατον ex Athenæo p. 518 Dindorfius animadvertit in addendis et ante eum Geelius in Maii libri censura. — Sequitur ut iam supra dixi narratio de Mindyridis luxu, quae est in Excerptt. de virtt. et vitt. Sunt ibi verba Ὅτι Μινδυρίδης λέγεται περιουσιάσαι τρυφῇ παρὰ Συβαρίταις. οὗτος γὰρ Κλεισθένους τοῦ Σικυωνίων τυράννου νικήσαντος ἅρματι, καὶ κηρύξαντος παραγενέσθαι τοὺς προαιρουμένους γαμεῖν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα, δοκοῦσαν κάλλει διαφέρειν, ἀναχθῆναί τινα ἐκ Συβάρεως ἐν πεντηκοντόρῳ τοὺς ἐρέτας ἔχοντα ἰδίους οἰκέτας· ὧν εἶναι τοὺς μὲν ἁλιεῖς τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας. παραγενόμενον δὲ εἰς Σικυῶνα ταῖς κατὰ τὴν οὐσίαν παρασκευαῖς οὐ μόνον τοὺς ἀντιμνηστεύσαντας, ἀλλὰ καὶ τὸν τύραννον αὐτὸν ὑπερᾶραι κ. τ. λ., de quibus hanc Wesselingius scripsit annotationem: „Salmasius margini alleverat τὴν ἐκ Συβά„ρεως subintelligens, ut moris est ὁδόν. At Suidas „ἀναχθῆναι λέγεται ἐκ Συβάρεως νηΐ, πεντήκοντα „τοὺς ἐρέτας ἔχων τοὺς ἰδίους etc. E quo si ἔχων „recipiatur una cum Salmasii coniectura, ad „sententiam nihil admodum desiderabitur. Nam „πεντήκοντα Suidae pravum est. Plures admini„stros servosque secum adduxit Mindyrides, et „mille quidem, si Athenæus non fallit L. VI, „p. 273 B. Scribendum νηῒ πεντηκοντόρῳ, quod

„probe Jac. Perizonius ad Aelian. Hist. Var. „IX, 24, perspexit.“ Invenitur enim et haec de Sybaritarum luxuria narratio et prima harum narrationum pæne iisdem verbis relata apud Suidam s. v. Συβαριτικαῖς; sed, si e Suida, quemadmodum dicit, hunc locum restituisse sibi visus erit Wesselingius, vehementer, ut puto, errarit. Neque enim aliud quidquam fecit Suidas, nisi titulum de virtutibus et vitiis exscripsit, non Diodorum ipsum; quam opinionem meam præter Suidae morem scholiastas, lexicographos, epitomatores exscribendi illud potissimum confirmat, quod ea tantum retulit, quae in libro de virtutibus et vitiis prolata sunt, ea autem, quae in Diodori Bibliotheca his interposita erant, quaeque ipsi, si ea vidisset, vel magis dignae relatu visae essent, quam quae retulit, plane prætermisit. Hoc autem si verum esse statuerimus, nequaquam Suida ad hæc verba emendanda utemur. Nam Suidas quum initio huius sententiae legisset Ὅτι Μινδυρίδης λέγεται περιουσιάσαι τρυφῇ κ. τ. λ., cetera quoque eadem ratione componenda sibi esse putavit, omnesque accusativos in nominativos casus convertit, qui quidem cum verbo λέγεται, quod post vocabulum ἀναχθῆναι posuit, coniungendi essent; ut scripserit non solum οὗτος, verum etiam πεντήκοντα τοὺς ἐρέτας ἔχων ἰδίους οἰκέτας τοὺς μὲν ἁλιεῖς τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας. παραγενόμενος δὲ κ. τ. λ. Suo igitur ille arbitratu alienam sententiam conformavit. Neque vero multo secus fecit epitomator noster; nam et ipse priorem sententiae partem mutavit; quod novae

reliquiae ostendunt, quas, quum sententiarum caussa descriptae sint, multo fidelius ipsum Diodorum referre, quam vel excerptas legationes, vel Excerpta de virtutibus et vitiis, iam supra me dixisse memini. Sunt enim in reliquiis Vaticanis extrema verba eorum, quae paullo supra recensui, haec: μάλιστα δὲ παρ' αὐτοῖς περιουσιάσαι λέγεται τρυφῇ τὸν ὀνομαζόμενον Μινδυρίδην, quibus reliqua apud Diodorum ita fere adiuncta fuisse puto: Τοῦτον[3]) γὰρ

3.) Erroris in hoc pronomine a librario admissi exemplum unum ex his reliquiis Vaticanis proferam. Cap. XVII. p. 16. Dindorfii scriptum est: Ὅτι Κροῖσος ὁ Λυδῶν βασιλεὺς — μετεπέμπετο τῶν Ἑλλήνων τοὺς σοφωτάτους, καὶ συνδιατρίβων αὐτοῖς μετὰ πολλῶν δώρων ἐξέπεμψε καὶ αὐτὸς πρὸς ἀρετὴν ὠφέλητο πολλά. ποτὲ δὲ τούτων μεταπεμψάμενος καὶ τὰς δυνάμεις — ἐπιδειξάμενος ἠρώτησεν εἴ τις ἕτερος αὐτοῦ δοκεῖ μακαριώτερος εἶναι. ὠφέλητο pro ὠφέλοιτο, quod in codice esse dicit Maius, Dindorfius scripsit, ego malim ὠφελεῖτο, quamquam illud propius ad scripturam codicis accedit, si quidem librarium verba dictata excipientem facimus. Pro τούτων Geelius, si bene memini, vult Σόλωνα. Possit fortasse sana videri illa ipsa scriptio, propter verba cap. XXVI haec μετεπέμψατο δὲ καὶ Σόλωνα ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγίστην δόξαν ἐχόντων, quibus et ipse Dindorfius in annot. adscripsit: „Simillimus locus est supra „p. 14 ed. Rom. 16. 9. ed. Lips. ποτὲ δὲ τούτων „μεταπεμψάμενος.“ Sed pace viri summi dixerim, loci non sunt similes inter se: posteriore enim loco

Κλεισθένους τοῦ Σικυωνίων τυράννου νικήσαντος ἅρματι, καὶ κηρύξαντος παραγενέσθαι τοὺς προαιρουμένους γαμεῖν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα δοκοῦσαν κάλλει διαφέρειν, ἀναχθῆναί φασιν ἐκ Συβάρεως ἐν πεντηκοντόρῳ τοὺς ἐρέτας ἔχοντα ἰδίους οἰκέτας· ὧν εἶναι τοὺς μὲν ἁλιεῖς τοὺς δὲ ὀρνιθοθήρας. παραγενόμενον δέ κ. τ. λ. — Hæc habui, quae de reliquiis narratorum a Diodoro Sybaris primordiorum et anni primi Olymp. XVIII dicerem, nam etiam postremam particulam conceptam verbis Ὅτι τῶν Μιλησίων τρυφώντων — τὴν τῶν Μιλησίων, quae est in reliquiis Vaticanis, ad easdem Sybaris origines et ad eundem annum refero. Quod autem ad luxus Sybaritici exempla attinet, non legi ego magis insigne ullum, quam quod Tzetzes Chil. I. v. 812 sqq. et IV v. 493 sqq. refert, ubi Antisthenis Sybaritae ἱμάτιον haud inelegantibus versibus politicis describit.

---

sermo est de Croeso, qui sæpe aliquot viros sapientes Græcos secum habuit, priore autem de uno Solone, quem Crœsus ille, qui plerumque aliquos e septem sapientibus secum habuit, Sardes vocaverat. Posteriore loco Diodorus memor se iam supra Solonis cum Crœso sermonem de felicitate narravisse, hunc quum eos qui Sardes venissent recenseret, et separatim ceteris præmisit, et iterum in reliquorum numero recensuit: priore loco quum de Solone diceret, ceteros viros sapientes non commemoravit nominatim, nam quae sunt verba μετεπέμπετο τῶν Ἑλλήνων — πολλά, ea quasi describendi Crœsi caussa dicta sunt; quare ego scribo minima mutatione ποτὲ δὲ τοῦτον μεταπεμψάμενος. —

Cap. XV.

Epimetrum.

Quod iis, qui maxima volumina scripserunt, plerumque usu venisse videmus, id mihi nunc accidit in minimo, ut habeam, quae quum suis locis prætermiserim, mihi sint in fine totius operis adiicienda. Dies enim diem docet, ac tametsi nondum mihi liceat dicere γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος, licet tamen prædicare „*quotidie* „*aliquid addisco.*" Et recte id quidem facere mihi videor, nam semper homini studioso aliquid est legendum et discendum, non ut magnum quidquam atque inauditum antea quotidie addiscat, sed etiam ut intelligat ea, quae sibi primo in mentem venisse ipse arbitratur, sæpe aliis quoque multo ante non solum in mentem venisse, sed etiam litteris prodita esse. Id quod ego expertus sum in hoc libello duobus, quod sciam, locis. Nam quae in annotatione ad cap. II pluribus ego exposui, ut demonstrarem Hessium in explicanda dictione μὴ καλῶς τὴν ὥραν διατεθεῖσθαι Plut. Brut. cap. 6 errasse, Amiotum autem rectum vidisse, eadem Schæferum video appositis tantum argumenti sive testimonii litteris principibus in annotatione ad Plutarchi Brutum docuisse. Et quae cap. IX ad versus Tyrtæi δὴ γὰρ ἀργυρότοξος κ. τ. λ. annotavi, eorum magnam partem reperio in Bachii mei libello, qui inscriptus est *Callini, Tyrtaei, Asii carminum quae supersunt*, p. 82 sqq. — Convenit mihi cum illo de vocabulo πρεσβυγενεῖς, de vi verborum εὐθείαις ῥήτραις,

qua in re definienda uterque nostrum consentit cum Muellero, quamquam Bachius scribit εὐθείην ῥήτρην, de restituendo versu octavo in hunc modum μηδέ τι βουλεύειν τῇδε πόλει σκολιόν, in quo partim cum critico Halensi consentimus. — Sunt autem etiam nonnulla de quibus mihi non conveniat cum Bachio. Hæc paucis perstringamus. Quod dicit in verbis πρεσβύτας τε apud Plutarchum τε esse prorsus otiosum, δὲ autem in πρεσβυγενεῖς δὲ, quod est apud Diodori epitomatorem, particulam μὲν versus quinti habere, cui respondeat, quæritur sane utrum senatus cum plebe an cum regibus coniungendus sit. Ego dixi Plutarchum mihi videri hoc fecisse; apud Diodorum Dindorfius δὲ retinuit, et ut plane seiungeret senatores plebemque ab regibus infra μυθεῖσθαί τε τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν κ. τ. λ. scriptum maluit, quam μυθεῖσθαι δὲ τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν, quod est apud Maium. Quomodo eam sententiam ego interpretandam esse arbitrer, in extrema annotatione dixi. Sed haud scio an praeferenda sit scriptura et distinctio Maii, qualem eam exhibet Dindorfius. Tum πρεσβυγενεῖς τε aptius erit quam πρεσβυγενεῖς δέ. Coniungendi enim ut apud Plutarchum ita apud Diodorum senatores cum regibus πρεσβυγενέες sive γερουσία cum ἀρχαγέταις: et quae sequuntur μυθεῖσθαι δὲ τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν πάντα δίκαια, μηδέ τι βουλεύειν τῇδε πόλει σκολιόν partim ad reges senatoresque partim ad plebem referenda. — Quod scripsit εὐθείην ῥήτρην, coniecturam praetulit scripturae codicum Plutarchi: ut autem accusativi illius usum

ostenderet, adscripsit hæc verba: „Similiter „μῆτιν, χάριν ἀμείβεσθαι, et apud Demosth. „γνώμας ἐπιχειροτονεῖν i. e. de diversis rogationi„bus suffragia ferre." Μῆτιν ἀμείβεσθαι est Pindari, qui cecinit Pyth. IX v. 43 seq. Ahlwardt: τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενής, ἀγανᾷ χλαρὸν γελάσσαις ὀφρύϊ, μῆτιν ἑὰν εὐθὺς ἀμείβετο, qui locus huius similis videri posset, nisi ἑὰν accederet, quod explicare non possumus, nisi ut dicamus ei oppositam esse μῆτιν Ἀπόλλωνος: quare iam apud Pindarum non offendimur accusativo μῆτιν ἑὰν, sed accusativo τὸν δέ, Centaurus enim reddidit, quod acceperat, μῆτιν, quod non est consilium, sed *dictum prudens.* Eiusdem generis est χάριν ἀμείβεσθαι, gratiam referre, quod rectissime explicuit Passowius cum Valkenario ad Eurip. Phoen. v. 572 ἀμείβεσθαι χαριζόμενον sive *acceptum referre beneficium.* εὐθείην ῥήτρην autem non acceperunt, qui in concione sunt, quare accusativo hic locus esse non videtur. Denique scripsit cum reliquis δήμου τε πλήθει, cuius loco ego scribo δήμου δὲ πλήθει: utrum praeferendum sit pendet a vi totius versus, quem non recte intellectum esse a Bachio sentiet, qui meam interpretationem legerit. τὲ expressit particula dann (Dann wird der Volksmacht Sieg und iegliche Stärke erfolgen), haud inepte, si reapse hoc versu dictum esset quid exspectare possent Lacedæmonii, si ea fecissent, quae versibus superioribus dicta sunt. Verum non hæc est sententiae vis, sed ea, quam ego proposui: quare si cum Dindorfio μυθεῖσθαί τε scribimus, propter

ἄρχειν μὲν et πρεσβυγενεῖς δὲ, si codicis scripturam tuemur, propter idem illud ἄρχειν μὲν et μυθεῖσθαι δὲ hoc quoque loco scribendum est δήμου δὲ πλήθει; est enim tertium præcepti membrum, cui soli convenit infinitivus præsentis ἕπεσθαι. — Hæc sunt, et quae quum a me primo in medium prolata esse putassem, post inveni aliis quoque in mentem venisse et ab eis ante me publicis commentariis consignata esse; et quae propter discrepantiam quandam explicationis meae et Bachii mei, quae, quum illam scriberem, mihi nondum innotuerat, adiicienda mihi esse putavi. — Quum autem in Bachii Tyrtæo postremo versati simus, haud moleste feret opinor amicus meus, si de ætate Tyrtæi diversam hoc loco ab eius sententia proferre atque probare conabor. — Scripsit enim p. 47 „Tyrtæi definitionem ἀμφ' αὐτὴν „ἐμάχοντ' ἐννέα καὶ δέκ' ἔτη, — αἰχμηταὶ πατέρων „ἡμετέρων πατέρες magis convenire Pausaniæ quam „ceterorum rationi, licet fortasse aliquot annis post „Olympiadem XXIII secundum bellum Messenia- „cum inchoaverit. Quum igitur Pausanias hoc „bellum usque ad Olymp. XXVIII. 1 productum „esse dicat, temporis spatium, quo floruerit Tyr- „tæus, eo ipso convinci. Ceteros, qui Tyrtæi „ἀκμὴν collocent in Olymp. XXXV, eum illa „fortasse mortem confudisse, cuius, quo tempore „obtigerit, nullam uspiam factam esse mentionem.“ Primi belli initium Bachius cum antiquis scriptoribus ponit Olymp. IX. 2, finem Olymp. XIV. 1; alterum igitur ab altero distat bellum undequadraginta annorum spatio, ut ait ipse p. 46. Quid

autem, si cum hac ratiocinatione comparabimus, quæ Müllerus scripsit historr. gentt. urbbq. Hellenn. Vol. III p. 284 „admodum esse probabile, „ætatem triginta annorum iuvenibus aptissimam ad „uxores ducendas habitam esse a Spartanis“? inde enim sequitur, ut, si omnium, qui bello secundo arma tulerunt, patres primo anno post bellum primum Messeniacum nati essent et uxores duxissent anno tricesimo ætatis et primo coniugii anno omnes pueros non puellas suscepissent, hi nati annos septem vel paullo amplius bellum secundum cum Messeniis gerere cœpissent: quod si displicet, iam, quum constet „gravissima,“ ut ait Iustinus, „se „exsecratione Lacedæmonios bello primo obstrin„xisse, non prius, quam Messeniam expugnassent, „reversuros,“ avi eorum, qui alterum bellum gesserunt, omnes ante bellum primum triginta annos nati fuisse, uxores duxisse, liberos genuisse putandi sunt, ut ex his liberis natis ante primum bellum, ii nati sint, qui bello altero pugnarunt: quod non minus displicebit. Müllerus libri eius quem dixi Vol. II. p. 145 hæc dixit: „Pausanias setzt „den Anfang“ (des ersten Krieges), „wir wissen „nicht nach welcher Berechnung, Olymp. 9, 2, „das Ende, neunzehn Jahre später, 14, 1. Als „Zwischenraum gibt er, wir wissen wieder nicht „woher, *und nicht eben mit Tyrtæos stimmend*, „39 Jahre an, so dass der zweite von 23, 4 bis „28, 1 dauert. Wir werden aber unten finden, „dass dieser einige Olympiaden herabgerückt wer„den kann.“ Vol. III p. 490 scripsit circiter Olymp. 30, 3 bellum alterum coepisse videri;

neque inutile erit ei, qui eius sententiam plane perspicere atque examinare volet, comparare, quae dixit Vol. II p. 150 et 168. — Pausaniae de rebus chronologicis non temere credendum esse, intellexerit, qui recte eo usus erit; eum in definiendis annis rerum gestarum sæpe neque Apollodorum neque Eratosthenem esse secutum, facile est videre. Non æque reprobanda est auctoritas Eusebii, qui eos sequitur auctores, quos summis illis chronographis usos esse cognovimus, neque ubique Iustini, quem sæpe numeris Trogi Pompeii viri doctissimi ac diligentissimi usum esse constat. Eusebius autem Maii initium belli secundi Messeniaci ad Olymp. XXXVI, Tyrtæum ad Olymp. XXXVII refert, et Iustinus lib. III cap. 5 post LXXX captivitatis annos Messenios bellum restaurasse scribit. De numero Eusebii controversia est; nam quum annus tertius Olymp. XXXVI, cui apud Armenium interpretem verba „Messene deficit a „Lacedæmoniis" adscripta sunt, in hoc libro respondeat Abrah. a 1382, apud Hieronymum verba „Messena a Lacedæmoniorum societate discedit" anno Abrah. 1379 adiuncta videmus. Paullo superiori tempori rem tribuit Suidas, qui Tyrtæum Olymp. 35 floruisse scribit, ut ait Bachius. Eusebii annum si certo cognovissemus, etiam de Diodori, quo illum auctore plerumque usum esse scimus, Bibliothecæ particulis duabus desineremus dubitare, quibus annis adscribendæ sint; nam quos particulis illis cap. XIV reliqq. Vaticann., quæ sunt de bello altero Messeniaco, Maius in tabula chronologica apposuit annos U. c. 69 priori, 71

posteriori, qui respondent Olymp. 23. 4 et 24. 2, eos ineptissimos esse, mox intelliget, quicunque nondum perspexerit. Antecedit eas caput illud, quod est de tyrannide Sicyone ab Andrea occupata, conceptum verbis Ὅτι Σικυωνίοις ἔχρησεν ἡ Πυθία — μαστιγοφορῶν ὑπηρέτει. 1) Centum annos

1.) Verba reliquiarum Vaticc. sunt : Ὅτι Σικυωνίοις ἔχρησεν ἡ Πυθία ἑκατὸν ἔτη μαστιγονομηθήσεσθαι αὐτούς. ἐπερωτησάντων δὲ αὐτῶν τίς ὁ ταῦτα ποιήσων πάλιν ἀπεκρίθη ᾧ ἂν καταπλεύσαντες πρώτῳ γεγενημένον υἱὸν ἀκούσωσιν. ἐτύγχανε δὲ τοῖς θεωροῖς ἠκολουθηκὼς τῆς θυσίας ἕνεκα μάγειρος ὃς ἐκαλεῖτο Ἀνδρέας μισθοῦ τοῖς ἄρχουσι μαστιγοφορῶν ὑπηρέτει, quibuscum comparo verba Plutarchi D. S. N. V. cap. VII, p. 28 ed. Wytt., quae sunt Σικυωνίοις δὲ καὶ διαῤῥήδην ὁ θεὸς προεῖπε μαστιγονόμων δεῖσθαι τὴν πόλιν ὅτι κ. τ. λ., ubi fortasse id ipsum scribendum: quod est in reliqq. Vaticanis, μαστιγονομηθήσεσθαι. Extrema autem sententia, quamquam recte dicit Maius abrumpi sermonem in medio cursu, tamen melius se habere posse videtur, si scribatur Ἀνδρέας· οὗτος μισθοῦ κ. τ. λ. Quod ad nominis scripturam attinet recte dixit Schweighäuserus ad Herod. VI. 126 veram esse Ἀνδρέας non Ἀνδρεύς; idem dicit Duebnerus noster in censura reliqq. Diod. Vatican. ed. Dindorf.; sed quum in eius censura scriptum sit „Herod. Gen. „Ἄνδρεω“ monendi videntur lectores, ne hunc esse verum genitivum putent, qui est Ἀνδρέω, quem accentum etiam in Πυθέω Herod. VII. 181 restituisse videtur Schweighäuserus. Eiusdem generis est Ἀριστέω Herod. IV. 13 et Βορέω VII. 189. Nymphodori autem

Orthagorae Orthagoridarumque tyrannidis Muellerus historr. gentt. urbbq. Hellenn. Vol. II p. 164 et Vol. III p. 489 dinumerat ab Olymp.

---

pater Herod. VII. 137. Thuc. II. 29. quum genitivum habeat Πύθεω, Πύθης fuisse videtur: quod nomen num etiam Lamponis illius Aeginetae, qui apud Herod. IX. 78 Pausaniae nefarium illud consilium corporis mortui Mardonii contumelia afficiendi dedit, pater habuerit, ego valde dubito, quamquam demonstrari sane non potest illic apud Herodotum Πυθέω scribendum esse, quod ego malim. — Andream autem ipsum patrem fuisse Orthagorae putat Duebnerus, atque hoc nomine invento Muellerum seriem illam „Orthagoras — Andreas", quam proposuerit, tueri posse. Hoc ita explicandum, ut arbitror, quod sæpe filios avorum nomina accepisse constat. Sed quid si dicamus Orthagoram non esse diversum ab Andrea? nam Andream ipsum coquum fuisse et tyrannidem occupasse hoc loco dicit Diodorus, eundem Myronis patrem, proavum Clisthenis vocat Herodotus; Orthagoram autem regno Sicyoniorum potitum esse, quum antea coquus fuisset, dicunt tum Aristoteles Pol. V. 12. et Plut. d. S. N. V. cap. 7, tum Libanius or. in Sever. Reisk. Vol. III p. 251 v. 7 et quem non video a Muellero testem citatum, quum tamen ab eo sua sumpsisse videatur Libanius, Helladius ap. Phot. p. 530 v. 37 a. Bekk. Orthagoras ille sive Andreas quamdiu regnarit nescimus, neque eius filius utrum tyrannus curru Olympia vicerit Olymp. XXXIII (Paus. VI. 19.), an privatus patre regnante. Id tantum probabile videtur, Myronem tum circiter viginti duos annos natum fuisse: nam quem alium dicamus hoc loco a Diodoro significari filium Andreae natum proxime ante tyrannidem occupatam, nisi hunc ipsum Myronem? Myronem admodum senem decessisse puto, quum ex Aristotelis verbis Polit. V. 12 ἀλλὰ μεταβάλλει καὶ εἰς τυραννίδα τυραννίς, ὥσπερ ἡ Σικυῶνος ἐκ τῆς Μύρωνος εἰς τὴν Κλεισθένους perspicuum sit

XXVI usque ad LI, repugnante principio cap. XIV reliqq. Vaticann., quod est de Locris Epizephyriis,[2]) quos conditos esse Olymp. XXVI.

Myroni non filium Aristonymum, sed nepotem Clisthenem successisse, mortuo ut videtur Aristonymo ante patrem. — 2.) Posterior earum particularum, quae sunt de Locris Epizephyriis, haec est Ὅτι τῶν εἰς ἀγρὸν πορευομένων τις ἐρωτήσας ἀπαντίον ἠρώτησε μή τι νεώτερον εἴη κατὰ τὴν πόλιν. καὶ ἐζημίωσαν αὐτὸν οἱ τὴν ἀρχὴν παρὰ Λοκροῖς ἔχοντες· τοσοῦτον ἦσαν περὶ τὸ δίκαιον ἠσχοληκότες. Ad quae verba hanc annotationem scripsit Dindorfius: „*homini in agrum exeunti cum quidam occurrisset, rogavit* „vertit Maius recte ad sententiam, quae nescio an tulerit „τὸν πορευόμενον.“ huic in addendis, quae dixit, addidit: „ἐρωτήσας in alius verbi locum ex sequenti „ἠρώτησε suffectum videtur.“ Duebnerus vero „liceat„ne“ inquit „in loco corrupto ὅτι τῶν εἰς ἀγρὸν „πορευομένων τις ἐρωτήσας ἀπαντίον ἠρώτησε „μή τι cett. ἐντυχήσας pro ἐρωτήσας ab epitomatore „scriptum esse arbitrari? Genitivum et rationes gramma„ticae ferunt, et etiam tolerabiliorem facit vocabulum „ἀπαντίον.“ Sermo est de Locrensium odio τῆς πολυπραγμοσύνης, quae et ipsa in tanto apud Charondam odio fuit, ut, quum lege sanciret, ne quem in scena versibus violari fas esset, adulteros exciperet et πολυπράγμονας. Hoc narrat Plutarchus cap. VIII eius libri, qui inscriptus est περὶ πολυπραγμοσύνης, ubi præterea haec verba invenient lectores: διὸ καλῶς οἱ τῶν Λοκρῶν ἄρχοντες· ἐπεὶ γάρ τις ἐξ ἀποδημίας προσιὼν ἠρώτησε, μή τι καινόν, ἐζημίωσαν αὐτόν. quae narratio tam est similis nostrae, ut eandem iure habere possimus, immo debeamus. Sed

4 Eusebius Maii nos docet; nam rectius se habere hunc numerum apud Armenium interpretem, quam apud Hieronymum, demonstrat ordo urbium conditarum Gelæ, Rhegii, Locrorum apud Diodorum (reliqq. Vaticann.), comparatus cum ordine apud Eusebium Armeniacum et Eusebium Hieronymi. Possint illæ particulæ, quas in narratione originis Locrorum urbis positas fuisse dico, etiam ad Zaleucum legumlatorem referri, quem Olymp. XXX. 1 floruisse scribit Eusebius; sed quum Diodorus lib. XII cap. 20 eum Pythagoræ discipulum vocet, ac multa alieno loco de eo disputet, ego satius esse duxi, ad quem annum Diodorus Zaleucum retulisse statuendus sit, prorsus in medio relinquere. Si ubique eum Pythagoræ discipulum nominavit, id quidem perspicuum est, fieri non posse, ut discipulum ad trigesimam Olympiadem retulerit, quum magistrum in sexagesima prima collocarit. Illas igitur particulas, quæ sunt de Locris Epizephyriis tribuo Olymp. XXVI. 4; sequenti fortasse vel alteri post Olympiadi tribuenda videntur, quæ de regno Sicyoniorum ab Andrea occupato dicta sunt, ut Clisthenes, extremus Orthagoridarum, Olymp. LII vel LIII de vita decessisse statuendus

---

apud Plutarchum non is quaerit, qui apud Dindorfium ac Duebnerum, sed alter ille, qui rus profectus erat. Quare mihi quidem apud Diodorum scribendum esse videtur Ὅτι τῶν εἰς ἀγρὸν πορευομένων (partic. praes. pro præterito, ut sæpe) τις ἐπανιὼν ἠρώτησε, μή τι νεώτερον εἴη κατὰ τὴν πόλιν· καὶ ἐζημίωσαν αὐτόν κ. τ. λ. ἐρωτήσας enim prorsus malo eiicere, quam eius loco scribere ἐξ ἀποδημίας. —

sit; neque enim assentior Muellero, qui rem ita exponit, ut Clisthenem ipsum vivum regno a Lacedæmoniis pulsum significet; quod si factum esset, non omnem eius rei memoriam interituram fuisse arbitror. Initium belli alterius Messeniaci Diodorus fortasse in Olymp. XXXV posuerat, ubi legimus apud Eusebium Hieronymi, Tyrtæum in Olymp. XXXVI. Proxima Bibliothecæ particula in reliqq. Vaticann., quæ est de oraculo Batto Cyrenarum conditori edito, referenda est ad Cyrenarum origines Olymp. XXXVII. 2. Si autem Diodorus quoque huic tempori Tyrtæum tribuit, vetustiore iam auctoritate utuntur, qui Tyrtæum recentiorem faciunt, quam qui antiquiorem; et quum Diodorus Eratosthene atque Apollodoro auctoribus uti soleat, probabile est illos ipsos Tyrtæum in Olymp. XXXV vel XXXVI collocasse.

Hæc mihi dicenda putavi de Tyrtæo deque illorum temporum notatione. Nunc quædam hoc loco proponam, quæ quum capitibus superioribus proferri potuissent, aut consulto ibi non sunt dicta, ne annotationum moles nimium cresceret, aut incuria omissa, ut fit, quum quis non potest assiduo labore opus aliquod ab initio usque ad finem perducere, sed inceptum aliquamdiu intermittere cogitur, aliis occupationibus distractus. Ac primum quidem eis, quæ dixi cap. XI annot. 4 de particula illa reliqq. Vaticann. Dionis Cassii, quæ est Ὅτι οἱ Φάβιοι ἐπὶ τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες κ. τ. λ., quam protuleram, ut ostenderem sæpe Epitomatores ab abrupto quodam inciso sumpto e superioribus scriptoris verbis, cuius in

fronte collocarint ὅτι, et cuius mediam partem participio posito struxerint, initium sententiarum suarum excerptarum ita fecisse, ut nonnunquam minime apte principium sententiæ cum ceteris partibus iunctum sit, hæc nunc addo: multo magis quam hanc sententiam illis tam inepte compositis, quas cap. XI vidimus, respondere ea, quæ de Fabiis in Excerptis Peirescianis servata sunt cap. XXVI his verbis Ὅτι οἱ Φάβιοι ἐπί τε τῷ γένει καὶ τῷ πλούτῳ ὅμοια τοῖς ἀρίστοις φρονοῦντες ὑπὸ Τυρσηνῶν διεφθάρησαν, ἓξ καὶ τριακόσιοι ὄντες· οὓς οἱ Ῥωμαῖοι μειζόνως ἢ κατὰ ἀριθμὸν τῶν ἀπογενομένων καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ ἐπένθησαν κ. τ. λ., quorum prima Ὅτι — φρονοῦντες magno intervallo abfuisse a sequentibus οὓς οἱ Ῥωμαῖοι κ. τ. λ., verba autem illa ἓξ καὶ τριακόσιοι ὄντες alieno loco e superioribus repetita, et quæ antecedunt ὑπὸ Τυρσηνῶν διεφθάρησαν plane interposita esse arbitrio Epitomatoris demonstrant Zonaræ verba cum reliqq. Vaticann. Dionis comparata. — Deinde quum cap. XII annot. 3 posuerim verba cap. XXIII reliqq. Vaticann. Dionis nunc reliqua proferam, quæ eidem tempori adscribenda in reliquiis illis inveniuntur. Sunt autem hæc p. 151 cap. XXII: Ὅτι οἱ εὐπατρίδαι φανερῶς μὲν οὐ πάνυ πλὴν βραχέων, ἐπιθειάζοντές τινα ἀντέπραττον, λάθρα δὲ συχνοὺς τῶν θρασυτάτων ἐφόνευον· quibus verbis Maius hanc adnotationem adscripsit: „Postquam induciæ in annos quadraginta Veientibus „datæ fuerunt, Romæ tempestates tribuniciæ re„cruduerunt, populo adversus patricios certante. „Ea contentio tanta fuit, ut unum saltem tribunum

„a patribus clam strangulatum Liv. II. 54 memo-„ret; nunc vero a Dione cognoscimus plebeios „multos ferocia insignes, quod pronum creditu „est, clandestino patrum facinore fuisse interceptos. „Hæc autem anno ante consulatum Pinarii et Furii „acciderunt teste Livio loc. cit. Ab hoc consulatu „usque ad pacem Faliscam nempe ex annorum „prope LXXX historia nihil excerpsit eclogarius „præter pauca de civilibus discordiis capita, qua-„rum sane motibus diutissimis Roma per id inter-„vallum concussa fuit. In hæc enim tempora in-„cidit lex Voleronis de plebeiis magistratibus „creandis, Cæsonis Quinctii iudicium, universa „illa decemvirorum legibus scribundis historia, „tribunorum militarium consulibus substitutio, lex „de connubiis patrum et plebis, Spurii Melii „ambitio et supplicium, turbæ agrariæ et alia „eiusmodi, quæ apud historicos leguntur discidia.“ In margine posuit annum U. C. 281. P. 152 sequuntur hæc: Ἐννέα (apud Mai. est ἐνέα) γάρ ποτε δήμαρχοι πυρὶ ὑπὸ τοῦ δήμου ἐδόθησαν· ἀλλ' οὔτε τοῦτο τοὺς λοιποὺς ἐπέσχεν· ἐπ' ἄλλα πλείονα μὲν [3]) ἐλπίδα οἱ μετὰ ταῦτα ἀεὶ δημαρ-

---

3.) Non solum in his verbis, sed etiam in proximis illis, καὶ αὐτοὶ μεγάλην — προσετίθεντο corrupti aliquid inesse puto, sed quomodo sananda sint, non video. Cap. autem XI p. 143 scribo Ἄλλως τε γὰρ ἐδυσχέραινον, ὅτι οὐ (Maius μὴ) τὰ αὐτὰ δεόμενοι σφῶν οἱ βουλευταὶ καὶ τυχόντες ἐφρόνουν· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ κινδύνῳ πολλὰ καὶ μεγάλα αὐτοῖς ὑπέσχοντο, σωθέντες δὲ οὐδὲν οὐδὲ τὸ ἐλάχι-

χοῦντες ἐκ τῆς ἑαυτῶν φιλονεικίας ἢ δέος ἐκ τῆς ἐκείνων συμφορᾶς λαμβάνοντες οὐκ ἠμβλύνοντο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν τούτων ἐθρασύνοντο· τούς τε γὰρ ἀπολλυμένους ἐς δικαίωμα τῆς ὑπὲρ ἑαυτῶν τιμωρίας προεβάλοντο· καὶ αὐτοὶ μεγάλην ἡδονὴν ἐκ τοῦ καὶ παρὰ δόξαν ἀκινδύνως περιέσεσθαι νομίζειν προσετίθεντο, ὥστε καὶ τῶν εὐπατριδῶν τινὰς ἐπειδὴ μηδὲν ἄλλως ἤνυτον ἐς τὰ τοῦ πλήθους νομίσματα μεταστῆναι. τὴν γὰρ ταπεινότητα αὐτοῦ πολὺ (Maius hic inserere vult ἱκανωτέραν, possis etiam κρείττω et alia) εἶναι πρὸς τὰς τῆς δημαρχικῆς ἰσχύος ἐπιθυμίας, τῆς τῶν σφετέρων καλλωπισμάτων ἀσθενείας ἐνόμιζον εἶναι, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἐπὶ πλεῖόν τε ἔτι καίπερ κωλυθὲν τό τινα τὴν ἀρχὴν λαμβάνειν συχνοὶ καὶ ἐφεξῆς ἐδημάρχουν. Quorum verborum primis Maius hæc adscripsit: „Equidem „si de tribunis plebis agitur, eorum numerus „anno CCXCVII ita ampliatus est, ut essent „decem, atque ita cautum ut postea crearentur. „Liv. III. 30. (Sed qui fieri potuit, ut suos „tribunos plebs concremaret?) Sin agitur de „militaribus consulari potestate tribunis, ii quidem „tres primo creati fuere anno CCCX teste Livio „IV. 7, tum anno CCCXXVIII quatuor.“ In margine Maius scripsit: „Post annum 281.“ Deinde ea verba sequuntur, quæ posui cap. XII;

στον (Mai. τῶν ἐλαχίστων) ἐποίησαν. Quam sententiam Maius non magis recte intellexit atque explicuit, quam eam interpretatus est, sive quam proxime sequentem explicuit, qua explicatione perversiorem numquam vidi. —

tum hæc: Ὅτι καὶ τὰ ἐν τοῖς στραδοπέδοις καὶ τὰ ἐν τῷ ἄστει ἐταράχθη· οἵ τέ γε στρατευόμενοι φιλονεικίᾳ τοῦ μηδὲν τοῖς τὴν δυναστείαν ἔχουσι προσχαρῆσαι, καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ οἰκεῖα ἐθέλονται προΐεντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐχ ὅτι τοῖς ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπολλυμένοις σφῶν ἔχαιρον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πολλοὺς τῶν δραστηρίων τῶν τὰ τοῦ πλήθους πραττόντων ἐκ τρόπου δή τινος ἐπιτηδείου ἔφθειρον· κἀκ τούτου στάσις οὐ σμικρὰ σφῶν συνηνέχθη (apud Maium est συνηπέχθη). De quibus verbis Maius ita loquitur in annotatione: „Si forte adhuc „Dio in anno U. c. CCLXXXIII, quod vix credo, „versatur, historiam heic habemus refractarii sub „Appio Cos. exercitus, quam graphiec scribit „Livius II. 58.“ — Maius, quum singula singulis annis adscribere studeat, explicare se non potest, ut apparet; sed et Zonaras Vol. II p. 26 Wolf. docuit, nec Niebuhrium latuit (histor. Rom. Vol. II p. 261.) Dionem hæc non ita digessisse, ut cetera digessit; verum non habita accurata ratione temporum tum civiles illas discordias, tum omnes res gestas, quas ab aliis inter Fabiorum internecionem ac decemviratum notatas videmus, quasi sub uno conspectu mixtas retulisse. Neque vero ego illud assentiri possum Niebuhrio, quod dicit (annot 521) „verba Dionis apud Zonaram καὶ „τοὺς ἀγορανόμους τε καὶ δημάρχους ἐπηύξησαν „ἵνα πλείστους τοὺς αὐτῶν προϊσταμένους ἔχωσι „non significare eam auctionem, qua decem facti „sunt, sed eam, qua duobus illis, qui ab initio „fuerant, tres additi sunt.“ Nihil enim impedit, quominus maiorem illam auctionem hoc loco

memoratam esse putemus, quum res esse confusas cognoverimus; aptius autem est hæc verba de decem tribunis creatis intelligere, quum paullo infra narrationem illam de novem tribunis a populo combustis inveniamus.

Explicatis Cassianis illis reliquiis ad locos quosdam Plutarcheos orationem converto. Emendavi cap. IX annot. 1 extremam sententiam eius libelli, qui inscriptus est de gloria Atheniensium, nunc hic proponam priorem partem cap. 3 eiusdem libelli, ac paullo uberius de ea disseram. Sunt igitur verba apud Reiskium hæcce: *Πλὴν ὁ Σιμωνίδης, τὴν μὲν ζωγραφίαν, ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύων, τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν. ἃς γὰρ οἱ ζωγράφοι πράξεις ὡς γινομένας δεικνύουσι, ταύτας οἱ λόγοι γεγενημένας διηγοῦνται καὶ συγγράφουσιν. εἰ δὲ οἱ μὲν χρώμασι καὶ σχήμασιν, οἱ δ' ὀνόμασι καὶ λέξεσι ταὐτὰ δηλοῦσιν, ὕλη καὶ τρόποις μιμήσεως διαφέρουσι· τέλος δ' ἀμφοτέροις ἓν ὑπόκειται, καὶ τῶν ἱστορικῶν κράτιστος ὁ τὴν διήγησιν ὥσπερ γραφὴν πάθεσι καὶ προσώποις εἰδωλοποιήσας. ὁ γοῦν Θουκυδίδης ἀεὶ τῷ λόγῳ πρὸς ταύτην ἁμιλλᾶται τὴν ἐνάργειαν, οἷον θεατὴν ποιῆσαι τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὰ γινόμενα περὶ τοὺς ὁρῶντας ἐκπληκτικὰ καὶ ταρακτικὰ πάθη τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐνεργάσασθαι λιχνευόμενος. ὁ γὰρ παρὰ τὴν Ῥαχίαν αὐτῆς τῆς Πύλου παρατάττων τοὺς Ἀθηναίους Δημοσθένης, καὶ ὁ τὸν κυβερνήτην ἐπισπέρχων Βρασίδας ἐξοκέλλειν, καὶ χωρῶν ἐπὶ τὴν βάθραν, καὶ τραυματιζόμενος καὶ λειποψυχῶν καὶ ἀποκλίνων εἰς τὴν παρεξειρεσίαν· καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης*

Λακεδαιμόνιοι, ναυμαχοῦντες δ' ἀπὸ γῆς Ἀθηναῖοι· καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας ἄλαστον ἀγῶνα καὶ σύνταξιν τῆς γνώμης ἔχων διὰ τὰς συντάξεις, ὡς συνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς, ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συμπνέων τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐναργείας. — **In libro Tauchnitziano, cuius scriptura unde ducta sit, ego nescio, tum** *προσαγορεύει* **invenio participii loco positum, tum aptiorem sententiarum singularum distinctionem, præcipue quod scriptum est** *δηλοῦσιν· ὕλῃ καὶ τρόποις μιμήσεως διαφέρουσι, τέλος δ' ἀμφοτέροις κ. τ. λ.* — **Reiskius quum in participio** *προσαγορεύων* **et in inciso illo** *ὕλῃ -- διαφέρουσιν* **hæsisset,** *ὁρῶντας* **cum** *δρῶντας* **permutare vult, cui coniecturae hanc suasionem adiecit: „illas animorum affectiones, quibus tenebantur „illi, qui res sermone expositas gerebant.“ Ego non probo, sed vulgatam potius retinendam esse arbitror. Nam quæ antecedunt verba satis demonstrant Plutarchum hoc loco picturas et historicorum scripta, spectatores et lectores comparare. „Eum optimum esse scriptorem,“ dicit, „qui „narrationem suam animorum affectibus personis„que hominum tamquam in pictura exprimendis, „ita rebus gestis adaptet, ut imaginem earum „referre videatur. Hoc Thucydidem fecisse, qui „ubique oratione sua assequi illam imaginum sive „picturarum** *ἐνάργειαν*, **lectores reddere spectato„res, perturbationes illas animi, quibus afficiuntur „spectantes in legentibus efficere studuerit.“ Hæc**

si diligentius considerasset Reiskius ac secum reputare voluisset, quid inter actorem et spectatorem vel lectorem interesset, non dubito, quin ipse coniecturam suam non nimis aptam huic sententiae iudicasset. Solemus enim quum res ipsas sive fabulas, quibus illae aguntur, quum picturas ad veri similitudinem factas, quum narrationes omnibus modis absolutas spectamus, audimus, legimus, ridere quæ ridicula sunt, dolere quæ sunt tristia; adamare certantium alteram partem, eique favere; indignari, flere, perturbari, si quid adversi huic acciderit; moveri, timere, si quid periculi instet; summo affici gaudio, exclamare, si incolumis evaserit, aut victoriam reportarit: eos autem animi motus, quibus actores ipsi afficiuntur, nos non sentimus; non furore capimur, non desperatione, nisi nostra ipsorum salus periclitatur. Sed tales spectatores vel auditores vel lectores, qui ipsi acturi essent, si eis liceret, quorum interest quem eventum res habeat, de quorum salute aut vita agitur, Plutarchus hoc loco intelligere non potuit, neque enim pictores æqualibus solum suis pingunt, nec scriptores ætati suæ tantum scribunt, sed etiam posteritati. — Quæ sequuntur verba apud Plutarchum, ea malè se habere Reiskius sensit quidem, sed quod ei imprimis faciendum erat, ut tutissima atque certissima ratione corruptelis illis mederetur, id non fecit. Fontes scriptoris ei erant adeundi; huc si se convertisset, vano illo atque irrito conatu Plutarchi verba ex suo ingenio restituendi supersedere potuisset. Nam præter

annotationem eam, qua dixit pro τὴν Ῥαχίαν αὐτῆς τῆς Πύλου, scribendum esse τὴν Ῥαχίαν αὐτὴν τῆς Πύλου, nihil protulit, quod quisquam iure probare possit. Sunt enim eius verba hæcce: „fortasse ἄκλαστον ἀγῶνα καὶ σύντασιν τῆς γνώμης „ἔχων διὰ τὸ τῆς συντάξεως συνεχὲς τῆς ἁμίλλης „τοῖς σώμασιν αὐτοῖς, ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συμ- „πνέον τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γιγνο- „μένων, γραφικῆς ἔργων ἐναργείας. scil. ἐστί. „Difficile est absque circumlocutione et servato „græcorum verborum ordine dictionem hanc lati- „nam facere paullo intricatiorem. attamen audebo „et tentabo: *in belli Siculi narratione Sparta-* „*norum et Atheniensium exercitus pedester* „[scil. in terra continente dimicans, quo numero „etiam equester continetur] *post commissam* „*dubio marte pugnam navalem, contentionem* „*servans invictam et nervos animi intentos in* „*dictione* ***historici*** [Thucydidae,] *quæ dictio* „*ipsis pugnantibus paria facere, et eorum facta* „*verbis æquare nititur, pariter atque illi, de* „*conservanda gloria parta sollicita in disponenda* „*et effingenda atque coram oculis ponenda rerum* „*gestarum enarratione, opus est artis pictoriæ,* „*res, quas significatum it, perspicue ostendentis* „*et velut oculis subiicientis.*“ Hæc ille. Nos videamus contra, quid si rectam tenebimus emendandi atque explicandi viam huic Plutarchi loco futurum sit. Perspicuum est Plutarchum, qui Thucydidis virtutem in historia scribenda laudet, demonstrare velle eum rebus gestis artificiosissime exprimendis effecisse ut lectores videre eas atque

spectare sibi viderentur. Hoc ut demonstraret, exemplis ei opus erat a Thucydide petitis. Ac petiit intelligentissime. Propositas videmus duas duorum prœliorum descriptiones, quibus meliores, magis perfectae fieri non possunt, unam pugnae ad Pylum, alteram prœlii navalis in portu Syracusarum, quarum posterior illa etiam Dionysio Halicarnassensi tam illustris tamque omnibus modis absoluta esse visa est, ut eam in iudicio suo de Thucydide (cap. 26.) totam recitaret. Quis non miretur editoribus Plutarchi non in mentem venisse, ea, quæ hic Plutarchus exscripsit, planissima apud Thucydidem legi posse, quod quum illi non animadverterint, nos iam sine mora nos eo convertamus. Thucydides lib. IV cap. 8 seqq. superiorem illam pugnam descripsit, sed quae Plutarchus retulit a nono demum capite incipiunt. hoc capite narrat, quomodo Demosthenes milites disposuerit: sequenti qua oratione eorum animos excitarit. Postrema eius verba hæc sunt: *καὶ ἀμυνομένους παρ᾽ αὐτὴν τὴν ῥαχίαν, σώζειν ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ χωρίον*, quæ confirmant Reiskii sententiam pro *παρὰ τὴν Ῥαχίαν αὐτῆς τῆς Πύλου* scribendum esse *παρὰ τὴν ῥαχίαν αὐτὴν τῆς Πύλου*, nisi quis etiam transpositum mavult, ut sit quam simillimum Thucydidis verbis. Cap. 11 narratur, quomodo Spartani littori appropinquarint, utque eos Brasidas hortatus sit, ut naves appellerent. Sequuntur cap. 12 hæc verba *καὶ ὁ μὲν τούς τε ἄλλους τοιαῦτα ἐπέσπερχε καὶ τὸν ἑαυτοῦ κυβερνήτην ἀναγκάσας ὀκεῖλαι τὴν ναῦν, ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν, ἀνεκόπη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τραυματισθεὶς πολλὰ, ἐλειποψύχησέ τε, καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν, ἡ ἄσπις περιεῤῥύη εἰς τὴν θάλασσαν.* Plutarchus potiora tantum exhibens hæc omnia contraxit, sed servatis Thucydidis verbis, quæ in duobus illis *βάθραν* et *ἀπο-*

κλίνων restituerem, ἀπόβαθραν et πίπτων scribens, nisi, negligentius quædam a Plutarcho descripta ac quasi memoriter relata esse putarem: nam qui fideliter eum exscripsisse Thucydidis verba censebit, is eo minus dubitabit, quin ἀποβάθραν servarit, quod in eiusmodi vocabulis aliquid mutare, id vero esset propriam Thucydidis manum exstinguere: hæc enim consulto posuisse Thucydidem Dionysius animadvertit docuitque in epist. II. ad Ammæum cap. 4 proposito eius ipsius παρεξειρεσίας exemplo, quæ continuo sequitur. Pergit Thucydides paucis interiectis eodem capite ita: ἐς τοῦτό τε περιέστη ἡ τύχη ὥστε Ἀθηναίους μὲν ἐκ γῆς τε καὶ ταύτης Λακωνικῆς ἀμύνεσθαι ἐκείνους ἐπιπλέοντας, Λακεδαιμονίους δὲ ἐκ νεῶν τε καὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν πολεμίαν οὖσαν ἐπ᾽ Ἀθηναίους ἀποβαίνειν· ἐπὶ πολὺ γὰρ ἐποίει τῆς δόξης ἐν τῷ τότε, τοῖς μὲν, ἠπειρώταις μάλιστα εἶναι καὶ τὰ πεζὰ κρατίστοις, τοῖς δὲ, θαλασσίοις τε καὶ ταῖς ναυσὶ πλεῖστον προέχειν. Hæc fortasse cuipiam in mente habuisse videbitur Plutarchus, quum scriberet καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης Λακεδαιμόνιοι, ναυμαχοῦντες δ᾽ ἀπὸ γῆς Ἀθηναῖοι· sed etiamsi rem in mente habuit, quod sane fieri potest, verba certe non habuit in mente, quae unde sumpserit mox videbimus. Nam Thucydides quum initio cap. 13 narrasset, quid postridie pugnam et tertio die factum sit, in fine eiusdem capitis refert, quae quarto die alteram pugnam antecesserint; pugnam ipsam describit cap. 14. Victis in portu Lacedæmoniorum navibus, Athenienses eas, quas illi in terram fugientes vacuas reliquerant, abducunt; quod quum viderent Lacedæmonii indignatione commoti in mare desiliunt, ut naves suas defenderent. ἐγένετό τε inquit ὁ θόρυβος μέγας καὶ ἀντιλλαγμένος τοῦ ἑκατέρων τρόπου περὶ τὰς ναῦς· οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ προθυμίας καὶ ἐκπλήξεως, ὡς εἰπεῖν, ἄλλο

οὐδὲν ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν, οἵ τε Ἀθηναῖοι κρατοῦντες καὶ βουλόμενοι τῇ παρούσῃ τύχῃ ὡς ἐπιπλεῖστον ἐπεξελθεῖν, ἀπὸ νεῶν ἐπεζομάχουν. Ecce tibi illos Plutarchi ναυμαχοῦντας ἀπὸ γῆς καὶ πεζομαχοῦντας ἐκ θαλάττης. At nomina non conveniunt et ordo inversus est. Hoc tribus fere modis explicari posse videtur: ut aut dicamus Plutarchum verba huius sententiae, quorum propter præstantiam meminerit, errore ad illam superiorem pugnam retulisse; aut eundem, quum reapse hoc posterius prœlium significare vellet, inverso ordine in nominum errorem inductum esse, aut ipsum quidem inverso ordine nomina servasse, librarios autem, quum nomina illa cum ea re gesta, quae proxime antecedit apud Plutarchum, non viderentur convenire, ea transposuisse. Utut autem se res habet, id quidem hoc loco observandum esse mihi videtur, ut Thucydidis verba restituamus, præsertim quum in tam intricato loco sciri nullo modo possit, Plutarchine an librariorum culpa nomina sint confusa. Pugnam navalem Atheniensium et Syracusanorum in portu Syracusarum commissam, quam Plutarchus deinde respicit, Thucydides scripsit lib. VII capp. 60 seqq., ubi cap. 71 hæc sunt eius verba: Ὅ τε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε, et compluribus interpositis ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες, ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον, quas duas sententias Plutarchus in unam contraxit ita ut verba διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης cum illa priore sententia plane coniungeret, alterum autem membrum, quum in superioribus verbis ἔχων pro εἶχε scripsisset, eodem modo adiungeret ita: καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς

συναπονεύων. Corrupta est apud eum scriptura ἄλαστον, quod vocabulum ne si vellemus quidem possemus tueri, quum sit poetarum; σύνταξιν corruptam esse manifestum est, sed σύστασιν scribendum esse nemo vidit: verba διὰ τὰς συντάξεις ὡς omnium sunt depravatissima; sane enim litteras illas αξεις ως non magna indigere mutatione, ut inde efficiatur ἀκρίτως, perspicuum est, sed pro διὰ τὰ scribendum διὰ τὸ et litterae ς συντ prorsus eiiciendae sunt: συμπνέων cedit συναπονεύοντι, quem si a librariis ita sibi corruptum esse sentire posset Plutarchus, profecto malum eis imprecaretur. Restitutis ita verbis Thucydideis restat ut de extrema parte sententiae Plutarcheae dicamus: reliquum est enim nihil nisi verba τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς ἐναργείας, ut verbum in enuntiato desideremus, quod quamquam librorum integrorum ope deficiente omnino non posse reperiri nec restitui intelligo, tamen labantem sententiam refecisse mihi videor scribens: τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς πλέως ἐστὶν ἐναργείας. Tota igitur Plutarchi sententia hæc est: ὁ γὰρ παρὰ τὴν ῥαχίαν αὐτὴν τῆς Πύλου παρατάττων τοὺς Ἀθηναίους Δημοσθένης, καὶ ὁ τὸν κυβερνήτην ἐπισπέρχων Βρασίδας ἐξοκέλλειν καὶ χωρῶν ἐπὶ τὴν βάθραν καὶ τραυματιζόμενος καὶ λειποψυχῶν καὶ ἀποκλίνων εἰς τὴν παρεξειρεσίαν, καὶ οἱ πεζομαχοῦντες μὲν ἐκ θαλάττης Ἀθηναῖοι ναυμαχοῦντες δ' ἀπὸ γῆς Λακεδαιμόνιοι, καὶ πάλιν ὁ ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ σύστασιν τῆς γνώμης ἔχων διὰ τὸ ἀκρίτως συνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς συναπονεύων τῇ διαθέσει καὶ τῇ διατυπώσει τῶν γινομένων γραφικῆς πλέως ἐστὶν ἐναργείας. —

Index.

* *Not.* Ea, quae inspectis singulorum capitum inscriptionibus, in hoc libro tractata et explicata esse exspectare possis, non reperies in hoc indice: sed ea tantum, quae non promissa nec sæpe exspectata, tamen sunt aut explicata (*expl.*), aut emendata (*emend.*), aut tentata (*tent.*), aut refutata (*refut.*) Numerus Arabicus post lineolam positus paginam libri significat. —

A.

B.

C.

D.

E.

G.

H.

J.

L.

M.

N.

O.

P.

S.

T.

V.

X.

Z.

Addenda et corrigenda.

p. 3 v. 28 s. scr. *scripsisse.* — p. 6 v. 19 scr. δὲ. — p. 12 v. 8 scr. οὕτως ἐπράττετο — v. 10 scr. τῶν - v. 19 scr. *eum* qui. — p. 23 v. 31 scr. ἦ. — p. 25 v. 7. post Ἑλλησπόντον et v. 20 post *rationem* pone commata. — p. 28 v. 32 Attalo et Polemoni accedit *Laomedon* Mitylenæus, qui amissa Syria provincia, quam Ptolemæo Nicanor subegit Ol. CXV. 1, e captivitate ad Alcetam tum in Caria versantem profugisse dicitur Appian. de rebus Syr. c. 52. — p. 30 v. 16 s. scr. *Helles-pontum.* — p. 31 v. 9 scr. *Plutarchus* — v. 24 scr. αἰδουμένων. — p. 34 ann. v. 11 scr. Ἐπαμεινώνδαν. — p. 40 v. 11 ante *hisque* pone „ et dele v. 13 ante Eumeni. — p. 47 v. 27 scr. §. 3, — p. 51 v. 24 scr. *Peloponneso.* — p. 65 ann. v. 20 scr. ἀναγραφῆς. — p. 67 v. 2 scr. *haecce.* — p. 68 v. 1 scr. θεοὺς. — p. 69 v. 16 scr. τὸ — p. 72 v. 17 scr. Λυσίας. — p. 78 v. 3 scr. ἐνίοτε — v. 16 scr. μάχῃ. — p. 80 v. 10 s. scr. οὐκ-έτι — v. 15 scr. κατὰ — v. 29 scr. ὄνομα. — p. 86 v. 14 scr. *reliquiis.* — p. 106 v. 3 — 7 verba *utpote* — *coniunxisset* parenthesis notis include, deinde pone comma et scr. *cumque.* p. 110 v. 20 post addidit pone comma. — p. 116 v. 16 scr. *edisserit* — ann. v. 4 scr. *ergo seriem.* — p. 118 v. 10 scr. *cavendum.* — p. 120 ann. v. 14 post *Romanos* pone comma. — p. 123 ann. v. 21 scr. ἄν. — p. 130 ann. v. 20 scr. *cuncta.* — p. 131 ann. v. 14 post παραβάλλειν pone colon. - p. 140 ann. v. 5 μετήνεγκται est in libro, sed scribendum fortasse μετενήνεγκται — v. 12 scr. *occurrunt* — v. 21 scr. οἴκαδ'. — p. 142 ann. v. 12 scr. ἐχόμε|νῃ. — p. 143 ann. v. 20 scr. *iura.* — p. 148 ann. v. 21 scr. 151. — p. 149 ann. v. 3 scr. πρώτης Ὀλυμπιάδος — v. 19 scr. *apud* — v. 22 post Ἐορδαῖος pone colon — v. 26 scr. Ἐορδαία — p. 150 ann. v. 10 scr. Ἐορδαίαν — v. 14 scr. *eum.* — p. 151 ann. v. 18 scr. ἔθνος. - p. 152 ann. v. 6 scr. recte *quoque* illi — v. 30 scr. κειμένῃ. — p. 153 ann. v. 8 scr. Ἀλόννησός τε. — p. 154 ann.

v. 33 scr. *societatem.* — p. 155 ann. v. 16 scr. κατῳκηται. — p. 156 ann. v. 33 scr. *apud.* — p. 157 ann. 3 scr. Ἀργεῖος παῖς. — p. 159 ann. v. 24 post *posse* pone comma. — p. 162 ann. v. 2 scr. *Satyrus ignorat.* — p. 163 ann. v. 10 scr. ἀξιοπιστότατοι. — p. 165 ann. v. 20 scr. ἁδρομισθον. — p. 166 ann. v. 10 scr. ὅταν — v. 11 scr. Εἶτ᾽. — v. 24 scr. μαντεῖον — v. 30 scr. *ne,.* — p. 167 ann. v. 21 scr. αὐτῶν. — p. 174 ann. v. 12 scr. εἰ. — p. 175 ann. v. 6 scr. *mutandam.* — p. 176 ann. v. 5 scr. φερόμεναι — v. 8 scr. ὀνόμασι,. — p. 177 ann. v. 10 scr. ῥᾴδια — v. 13 πονήσαντες aptius erit fortasse si scribetur πονήσοντες. — p. 178 v. 8 scr. ἀκολουθήσει. — p. 179 v. 32 scr. ἰδών. — p. 180 ann. v. 13 s. scr. *Alii sunt loci.* — p. 181 ann. v. 26 scr. κατειργάσαντο. — p. 186 ann. v. 6 scr. σπασθέντα. — p. 187 ann. v. 15 scr. σώματι. — item p. 188 ann. v. 11 — v. 24 scr. ἐξαγούσης. — p. 189 v. 1 scr. τῶν. — p. 192 v. 7 scr. τὴν ἀρχήν. — p. 195 ann. v. 11 scr. ὁπότε. — p. 196 v. 1 scr. ἀνεῖλεν — ann. v. 19 scr. ἢ. — p. 198 ann. v. 17 scr. ὃν. — item p. 199 ann. v. 5 et 24. — p. 201 ann. v. 17 scr. ἔκ τε τῆς. — p. 202 ann. v. 11 malim etiam μηδ᾽ — v. 14 scr. κἂν. — p. 203 v. 10 scr. ὢν. — p. 205 ann. v. 16 et 18 scr. οὓς. — p. 206 ann. v. 29 scr. διηνέχθησαν. — p. 208 v. 18 scr. Ὕβλωνος. — p. 211 v. 21 scr. *Pausanias.* — p. 219 v. 31 scr. κἂν. — p. 229 v. 17 scr. οὕτω. — p. 231 v. 13 colon post κελεύει positum dele. — p. 240 v. 27 scr. *aliquanto.* — p. 263 v. 11 dele εἶναι; ceterum non solum hoc loco, sed etiam in verbis sequentibus videntur nonnulla excidisse, v. 15 fortasse scribendum κωλυθὲν δίς τινα κ. τ. λ. — p. 266 v. 6 et 268 v. 7 scr. ἶσα. — p. 269 v. 33 scr. ἀνεκόπη. — — Alias leviores litterarum permutationes ut c et e, n et u, l et t, præterea distinctionum notas inepte vel positas vel omissas facilis lector ipse corriget; quos ego errores non correxi hoc loco, quod nullam eos difficultatem legentibus exhibituros esse existimabam.

